М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ

Залъ Г.
Шкафъ 3. Полка 4
№ 36.

М
154

Liber Centesimus Vicesimus Tertius
Sub litteris VK: No. 124
Regnante
Serenissimo Sigismundo Tertio
&
Cancellariatu
Reverendi Laurentii Gembicki
Anni 1609.
Annor. 1611: 12: et 13.

Zaczęłem summar: d: 13. Listopada 1863 r.
a skończyłem tenże d: 22. t.m. i r. —
Dehmerlii

LIBER

RÆ MÆ

SAC AC SER

REGIÆ MTIS

ac Domini Dñi SI

GISMVNDI III. RE

GIS POLONIÆ MA

gni Ducis Lithuaniæ

Russiæ Prussiæ Ma-

uiæ Samogitiæ Li-

uoniæ &c. Necnõ

Gottorp

Succorum Wanda-

lorumq; hæreditã-

rii Regis Priuilegior&

& aduitalitatum
maioris Cancel
laria Ad relati
onem Illrmi ac
Reuerenmi in Chro
Pris Domini Dni
Laurentii Gembi
cki Dei Grā Epi
Culmensis Epatus
Pomesanien Ad
ministratoris perpe
tui Regni Polonia

Cancellarii. An:
norum Millesimi
Sexcentesimi noni.
& post salicem redi;
tum ex Moschouia
Sac. ac Sereniss.mæ
Regiæ Mtis
Anni
Millesimi Sexcen:
tesimi Vndecimi.

Munus Cancellarii

Illmo ac Rnmo in Chro Pri ac Dno D. Laurentio Gembicki Epo conferitur.

Sigismundus iii Dei gra Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prus: siæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; necnon Sueccorum, Gothorum, Vandalorumq; hæreditarius Rex.

Notificamus præsentibus hisce, huius & futuri temporis vniuersis & singulis, Cùm in omnibus Regnis, ac Rebus publ. Cancellariorum munus grauissimum, amplissimumq; semper fuerit, tum Vō in nro hoc Poloniæ Regno, nullum eo grauius, maiorisq; autoritatis esse nos existimare. Non solum enim consiliis, scriptisq; publicis, tum legibus, iudiciis, causarumq; cognitionibus dirigendis, administrandisq; præest, sed Vt vno verbo dicamus, totamq; quasi Rempub. complectitur, continetq;. Quòmaiore cura semper in id incumbendum existimauimus, vt in magistratibus hisce mandandis, non generis solùm, familiæq; secundum leges publicas nobilitatem, sed non minùs cùm alias virtutes, tùm maximè vitæ integritatem, fidem, studium, industriam, prudentiam, eloquentiam, imprimisq; eruditionem non vulgarem, rerumq; vsum spectaremus, quibus iis præstarent, eos potissimum, & aptissimos ad munus hoc iudicaremus, & præ cæteris ad id ascisceremus. Quo quidem consilio, animiq; nri iudicio, nunc Rndum etiam in Chro prem Laurentium Gembicki Episcopum Culmen, cui magistratum hunc mandaremus, ex omnibus, vel maximè deligendum existimauimus. Hic enim cùm in maiori Polonia, nobili loco natus sit, virtute tamen effecit, vt vix non plus splendoris, atq; ornamenti, à virtute summo cum ingenio, eruditione, eloquentia, & rerum vsu coniuncta, quàm à maiorum imaginibus traxisse ab omnibus iudicetur. Primùm enim decessoris iam nri D. Stephani Regis temporibus eiusdem Secretarius; deinde interregno mortem eius subecuto, fidem, dexteritatem, operam suam multis præclarisq; meritis Reip. ita testatam fecit, vt iis nobis quoq; commendatior factus, ad Secretarii maioris dignitatem à nobis proueheretur, atq; cùm in aliis grauissimis Reip. negotiis, tùm Legatione etiam ad S.m D.m N.m vtili imprimis egregiaq; opera eius vteremur.

Tandem verò cùm per

Tandem vero cum per plures annos, maximo cum publico fructu singularis fidei, prudentiæq; præclara in munere eo specimina edidisset, ad Episcopatum Culmen. Sanctæ sedis Apostolicæ à nobis commendatus, & si ad Episcopatus eius rerumq; Ecclesiasticarum curam totum se transtulisset: fieri tamen non potuit vt eo quoq; loco, singularis virtus ipsius vel obscura, vel minus nota Reipub. esset: Cùm alias enim semper, tum imprimis difficilibus hisce & tribus, quæ per aliquot hosce annos Rempub. exercuerunt, tam in publicis Regni Comitiis, quà aliis conventibus, & plurimum consilio eius adiutam se Respub. sensit, & in autoritate, prudentiaq; ipsius præsidii posuit. Quibus quidem rebus adducti, cum vno quasi tempore vtrumq; sigillum vacaret, minis nimirum morte olim Magnifici Stanislai Minscii Regni Vicecancellarii, mains vero proximo ad Episcopatum Wladislavien. Rndi Matthiæ Istrokonscii Episcopi Przemislien. & Regni nri Supremi Cancellarii præ cæteris dignum iudicavimus, cuius fidei, atq; prudentiæ, & nos Rempub., & Resp. ipsa se committeret. Ego duobus hisce Magistratibus maiorem, Summum nimirum Regni nri Cancellarium traderemus, deferremusq;. Quem quidem quemadmodum antea in prntibus hisce Comitiis, vniuersæ nimirum Resp. Vestro, consentientibus totius senatus sententiis, omnium summa voluntate, atq; approbatione per Marschalcum nrum, publicè ei contulimus, ita prntibus quoq; lris hisce nris, cum omnibus ad Magistratum cum antiquius tum eo optima fuerit Commemorato Rndo Laurentio Gembicki Episcopo Culmen. ad extrema usq; eius tempora, seu maioris honoris adeptiõm tradimus, conferimusq;. Promittimus pro eo nro, successorumq; nrorum nomine verbo nro Regio, nos, Successores nros, munere eo quoad vixerit, vel ad maiorem honorem provectus non fuerit, cum non moturos, neq; ulla in re qua iure, moreq; ad Magistratus eius officium, potestatemq; pertinet quicquam impedimenti ei facturos, vel per alios fieri passuros. Maioris fidei causa hasce manu nra subscripsimus. Datum Warsoviæ in Comitiis Regni nri generalibus, die XXVI. Ianuarii. Anno dñi. Millmo, Sexcentmo, Xono. Regnorum nostrorum Poloniæ, Vigesimo secundo. Sueciæ Decimo Quinto.

Iuramentum Can:
cellarii

Ego. N. Regni Poloniæ Cancellarius iuro, quod Sexenissimo Principi D. Dño. N. Poloniæ Regi, & Maiestatis eius successoribus, ac Regno Poloniæ in hoc officio Cancellariatus mihi commisso fidelis ero. Nullas vrās Pargameneas sine scitu, & expressa voluntate Regiæ Mtis tradam. Papireas verò nullas tam in Regno, quam extra Regnum, quæ vel Regiæ dignitati, vel honestati derogent. Vel ex quibus dammum aliquod ad Maiestatem eius, ac Regnum prouenire possit, & quæ iuri communi, & libertatibus aduersentur, aut vris ex Cancellaria datis contrarias esse sciuero. Membranas item nullas vnquam tradam, præterquam papireas, idq; sciente tantum, aut iubente Regia Maiestate. Consilium fidele Maiestati suæ, & Reipublicæ præstabo, neq; vlla vnquam secreta, quæ mihi communicata fuerint, præter suæ Maiestatis voluntatem, & mandatum reuelabo, & pericula omnia quæ imminere vel eius Mti, vel Regno vndecunq; sciuero, & cognouero, Mti eius deferam, & pro posse meo auertam, negotia, & petitiones omnium fideliter ad Sacram Regiam Mttem referam, & in Iudicio viste sententiam dicam, & decernam. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta dei Euangelia.

Iuramen. Decretor. norii.

Ego. N. iuro, quia iuste secundum Deum, ius scriptum, æquitatem, & partium Controuersias in Iudiciis Regiis sententiam dicam, fideliterq; partium propositiones, controuersias, affectationes, seu postulationes, protestationes iuridicas, vel Iudicii Regii decreta in librum Actorum Regiorum inscribam, & inscribi curabo: diuitis, & pauperis, amici & inimici, ciuis & peregrini discrimine sublato. Et neq; fauorem, neq; odium, neq; præmium, neq; pœnam, mi: si proposita curabo; sed in sententia dicenda, consulendo & scribendo, solum Deum, & Iustitiam Sanctam, ac æquitatem, partium controuersias, ac Iudicii Regii sententias, in his q; omnibus conscientiæ meæ iudicium seguar ac audiam, aliaq; negotia mihi incumbentia fideliter & pro posse meo peragam. Sic me Deus adiuuet, & Sancta Crux Christi.

Consensus cedendi molendino Annæ Strozowska in personam Bernardi Lenartowicz.

Sigismundus iii Dei gra Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Særeditarius Rex.

Significamus præsentibus lris nris quorum interest uniuersis & singulis Consensisse nos, consentireq; prntibus Nobili Annæ primarium olim Famati Leonardi Ciuis Kleszczeuien relictæ, ad præsens uerò Nobilis Nicolai Strozowski ltræ consorti, ut possit, & ualeat, coram quibuscunq; authenticis Regni nri Actis de omni ac integro iure suo Aduitalitio, quod sibi super molendinum Czyżowic dictum in fluuio Kuzecz ad oppidum Kleszcze situm competit Honesto Bernardo Lenartowicz filio suo cum prælato olim priori marito suo suscepto cedere, & condescendere. Quamquidem cessionem postea quam ltræ recognita fuerit, nos eam ratam, & gratam habituri sumus. Vigore cuius cessionis, ac præsentis Consensus nri prædictus Bernardus Lenartowicz, molendinum illud, cum omnibus attinentiis, redditibus, & emolumentis, ex ipso antiquitus prouenien, tenebit, possidebit, eoq; utifruetur, ad tempora uitæ suæ extrema. Promittimusq; uerbo nostro Regio, pro nobis, & Sermis Successoribus nris, non esse nos, & Sermos Successores nros molendinum prædictum, a recensito Bernardo Lenartowicz quoad uixerit amotu-ros; quinimo eum in pacca possone, & usu aduitali dicti molendini, & eius attinen conseruaturos. Illo uerò uita functo, non prius molendinum prædictu ad nos disposoq; uram redibit, quam summa pecuniaria in redemptionem exposita, aut ex taxatione prouentura, Successoribus illius fuerit exoluta. Iuribus nris Regalibus, Reipub. & Eccla Catholica saluis ibidem manen. In cuius rei fidem præsentes manu nra subscras, sigillo Regni communiri mandauimus. Datum Varsoniæ die Vigesima Januarii. Anno Dni. Millmo,

Sexcentesimo, Nono. Regnorum nrorum Poloniæ. Vigesimo secundo.
Sueciæ. Decimoquinto.
Sigismundus Rex.

Ioanni Kuczewski villa Wola Smozan: ska ad vitam conceditur.

Sigismundus dei &. Scamus & Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nrorum ad nos pro fideli Ioanne Kuczewski Notario Curiæ nræ Factam, commendatam habentes eius fidem, virtutem, & in rebus gerendis industriam, ac dexteritatem eidem villam nram Wola Smozanska dictam, in Palatinatu Russiæ sitam, dispositioni nræ Regiæ obnoxiam, nre aduitalitio dare, & conferre duximus, uti quidem damus, & conferimus prætibus lris nris, per eum, cum omnibus prædictæ villæ attinen, pertinen, subditis, censibus, redditibus, fructibus, prouentibus, molendinis, stagnis, piscinis, fluminibus, paludibus, syluis, mercis, saceptis, uenationibus, pratis, ædificiis, & generaliter universis, & singulis, ex antiquo ad villam prædictam spectantibus commodis, & utilitatibus, nullis pro nobis, & Serenis Successoribus nris Regibus Poloniæ reseruatis ad extrema ipsius uitæ tempora Ioannis Kuczewski habendã, tenendam, utifruendam, & quietè, pacificè, possidendam. Promittẽ uerbo nro Regio, nos & Serenos Successores nostros, villam prædictam ab eo quoad uixerit non alienaturos, amoturosue, aut aliqua quantumuis grani, & arcua necessitate id exposcente, in toto, & in parte aliqua adempturos, sed nos, & Serenos successores nros toto uitæ ipsius tempore, integrum, & inuiolatum eius ius Aduitalitium seruaturos. Ratione cuius aduitalitatis quartam partem prouentuum Ranam quotannis iuxta Constitutiones Regni infere teneatur. Reliquas uerò tres nobis debitas ei remittimus. Iuribus nris Regalibus, & Reipublicæ, Eccliæ, Catholicæ saluis manentibus. In cuius rei fidem prntes manu nra subscras sigillo Regni Communiri mandauimus. Datum Varsauiæ die XXI. mensis Januarii. Anno Dñi. Millmo, Sexcentmo, Nono. Regnorum nrorum Poloniæ, Vigesimo secundo. Sueciæ uerò anno Decimo quinto.

Joann. Lowiczki.

Sigismundus Rex

Castellanatus Kiouiensis Generoso Georgio Wisniewiecki confertur.

Sigismundus &c. Significamus præsentibus literis nris quorum interest. uniuersis, & singulis. Quod cum & munerj nro Regio, & reipublicæ ipsi plurimum interesit, ut illustrium familiarum dignitas in suo splendore conseruetur, & præclaris ac fortibus uiris oriunda posteritas eorum insistēs uestigiis, & auitæ gloriæ sua accumulare studens merita noua semper honorum in republica accessione meritò faciendum nobis existimauimus, ut Generosum Georgium Wisniewiecki qui satis amplam nominis celebritatem ab eius maioribus, qui non pacis artibus solum in republica enituerunt, sed sanguinem, & uitam etiam ipsam fortiter immanibus barbarorum perpetuorum perpetuorum patriæ, & Christiani nominis hostium insultibus obsistentes, denoueve non dubitauit acceptam, & iure hæreditario, ad se transmissam, propriis erga nos, & rempublicam meritis quæ demum uera, & solida gloria est, illustrare contendit eximiis conatibus ipsius, quibus magnam de se in animis omnium excitauit spem plurimum fauentes in numerum Senatorum Regni nri cooptaremus Illustris, & Castellanatus Kiioviæ, morte olim Illustris Ioannis Czaplicz Spanowski uacans quo ampliori exercendæ uirtutis, & industriæ ipsius campus pateat illi conferremus, uti quidem conferimus literis nris cum omnibus prærogatiuis, utilitatibus, commodis, & obuentionibus ad eundem Castellanatum antiquitus pertinentibus, illum ipsum Castellanatum per supradictum Generosum Georgium Wisniewiecki tenen, habeñ, & possidēn, ad extrema uitæ ipsius tempora, uel ampliovis alicuius dignitatis assecutione. Quod omnibus quorum interest, præcipuè uerò Dignitariis, Officialibus, totiq; nobilitati Kiouiæ, denunciañ, Mandamus ut commemoratum Illustrem Georgiñ Wisniewiecki, pro uero, & Illmo Castellano Kiouiēn habeant, & agnoscant, eiq; de loco, prærogatiuis, & obuentionibus eidem dignitati de iure, & more, debitis respondeant, responderiq; ab aliis curent Pro gratia nra. In cuius

vei fidem præsentes manu nra subscriptas, sigillo Regni communivi mandauimus.
Datum Varsoniæ in Conventu Regni generali, die xx Sexta Ianuarii. Anno Dñi
M. Dc. ix. Regnorum nrorum Poloniæ xxxii. Sueciæ verò anno. xv.

Sigismundus Rex Zacharias Jaworicki

Pensio annua excellenti Gallo Chraplewski.

Sigismundus, Scamus, Eam esse erga excellentem Gallum Chraplewski Medicum nrum animi, & voluntatis nra propensionem, ut commoda, & vationes ipsius liberalitate nra promouen nobis arbitremur. Is enim postquam commendatone singularis in arte Medica peritia in Medicum nrum esset ascitus. Ita iam inde a plurimis annis in Seruitijs nris uersatus est, ut cum peritia, prudentia, industria, & assiduitate præstantis Medici, tum aliarum uirtutum ornamentis probi uiri offa, & partes abunde expleat. Quocirca merita industriamq ipsius euidentiori benignitatis nra testimonio prosequi uolentes, facile id dedimus petitioni ipsius, ut eius pensionis, quam Excellens olim Ioannes Baptista Gemma Medicus noster in Salinis, seu Zuppis nris Wielicien assignatam a nobis habuerat, partem mediam quadringentos nimirum & Viginti floren polon illi conferremus, uti quidem contulimus præsentibus lris nris adplacitum nrum. Ita ut idem Excellens Gallus Chraplewski Medicus noster commemoratos quadringentos & Viginti Flo: renos polon singulis trimestribus, seu quartualibus initio sumpto ab ipso die obitus Ioannis Baptistæ Gemmæ ex prouentibus Salinarum nrarum Wielicien, leuet, ac percipiat. Quod ad omnium, & singulorum, quorum id interest, Inprimis uerò Gnosi Andreæ Olesnicki Salinarum nrarum Wielicien Administratoris moderni, & pro tempore futuri notitiam hisce deducimus Mandantes ut quod de diuersa hac in parte uoluntte nra iis non constiterit, eundem Excellentem Gallum Chraplewski Medicum nostrum prædicta pensione frui, & gaudere sinat, eamq ipsi sine quauis mora

& difficultate statis temporibus extra avendam integrè, & realiter persol-
uant, ac repræsentent, persoluiq; ac repræsentari ab iis quorum id interest
procurent, non expectatis eo nomine ulterioribus mandatis nris. Pro gra
nra. quod in rotulis ipsorum uisa quietatione eiusdem Excellentis Me-
dici nri recipietur, ratumq; habebitur. In cuius rei ℔ Datum Varsauiæ in
Comitiis Regni generalibus die XXVI. Mensis Januarii. Anno Dni. M. Dc. IX.
Regnorum nrorum Poloniæ. XXII. Sueciæ vero. XV.

Sigismundus R & x. Guil. Kochanski

Pensio annua Excellenti Georgio Grembs.

Sigismundus ℔ Scamus, quod cum excellens Georgius Grembs Se-
rnæ Principis Dnæ Constantiæ Dei gra Reginæ Poloniæ, & Sueciæ,
&c. Dnæ Conjugis nræ Clarissimæ Medicus ea peritia, diligentia, & dex-
teritate in munere suo obeundo uersetur, ut singularem gram, & bene-
ficentiam nram promereatur, facile id dedimus petitioni ipsius, ut eius
pensionis, quam excellens olim Joannes Baptista Gemma Medicus noster
in Salinis, seu Zuppis nris Bielicien assignatam a nobis habuerat partem
mediam, quadringentos nimirum, & viginti florenos polon illi conferre-
mus, uti quidem conferimus præsentibus litis nris ad placitum nrum ita ut
Commemoratus Georgius Grembs prædictos quadringentos & uiginti flo-
renos polon singulis trimestribus seu quartualibus initio Sumpto abi-
pso die obitus Joannis Baptistæ Gemmæ ex prouentibus salinarum no-
stravarum Bielicien leuet ac percipiat. Quod ad omnium & singulorum quo-
rum id interest, Inprimis uero Spori Andreæ Olesnicki Salinarum nrar
Bielicien Administratoris moderni, & pro tempore futuri notitiam Sisce
deducimus. Mandantes ut quoad de diuersa hac in parte uoluntate nra

ius non constitevit, eundem Excellentem Georgium Grembs prædicta pnsione
frui, & gaudere sinant, eamq; ipsi sine quauis mora & difficultate statis
temporibus extra arendam integrè, & realiter persolvant, ac vepresentent, per-
solviq; ac vepvesentari abiis quorum id interest procurent, non expectatis
eo nomine ulteriovibus mandatis nris sed vogra nra. Quod in vonibus ipsor
uisa quietatone eiusdem Georgii Grembs recipietur, ratumq; habebitur.
In cuius rei fidem pntes q Datum Varsauia, in Comitiis Regni gnalibus
die xxvi. Januarii. Anno. M. Dc. ix. Regnor nrorq Pol. xxii. Suec. xv.

Sigismundus Rex. Guil. Loccanski

Conseruatio insolidū Stanislai Marcboczki in Possone aduoca.

Sigismundus iii, Scamus q quia nos ex gra clementiaq nra
Regia nobilem Stanislaum Marcboczki de nobis & republica Regni nri o-
ptimè meritum, in usu, & possone Aduitali Aduocatia in villa nra Zarosjczka
Wolia, als Trzeboswicza dicta in Capneatu Leżaiscen sitt conseruandum, & re-
linquendum esse duximus, conseruamusq; & relinquimus hris hisce nris; quarū
uigore prædictam Aduocatiam, cum omnibus & singulis eiusdem fructibus, pro-
uentibus, utilitatibus, attinen, & pertinen uniuersis, ad extrema uitæ suæ, &
nobilis Zofia Miska, de magna Potok Consortis suæ in solidum nimirum. Altero
autem uita functo, superstes, ad uitæ suæ extrema tempora coniunctim, & diui-
sim, tenebunt, habebunt, & possidebunt. Promittimus autem uerbo nro Regio,
pro nobis, & Srmis Succoribus nris Regibus Poloniæ, non esse nos ipsos, neque
Srmos Succores nros, a prælatis Coniugibus, aut altero eorum uiuente, præ-
dictam Aduocam in villa Zarczyjczka Wolia, cum suis attinentiis amoturos, aut
quouismodo alienaturos, uerum eosdem in usu, & adutali possone, quoad uixerint,

aut alteruter eorum uixerit, conseruabimus, & Serenii Successores nri conserua-
bunt. Iuribus nris Regalibus, Reipublicæ, & Eccla Catholicæ saluis ibidem ma-
nentibus. In cuius rei fidem, & euidentius testimonium, præsentes manu
nra subscripsimus, & sigillo Regni nri apprimi mandauimus. Datum
Varsauiæ die XXVII. Mensis Ianuarii. Anno Dñi. Millmo, Sexcentmo,
Nono. Regnorum nrorum Poloniæ. XXII. Sueciæ uero. XV.
Sigismundus Rex
Matth Postb.

Capitaneatus Chelmen-sis Generoso Nicolao Da nielowicz confertur.

Sigismundus, Scamus, Quæ uirtuti, & meritis debentur præmia, ea Ge-
neroso Nicolao Danielowicz Aulico, & Curruum nrorum Præfecto, Drohobi-
ceñq; Capñeo, earum verum commendatione præstanti uiro merito tribuen-
da uidevi. Qui nimirum ea familia, quæ singulare decus, & ornamentum, ab
antiquissimis temporibus partum, præsens ætasq; in tempus transmisit na-
tas, cum præstantem indolem, & ad præclara quæuis promptum animum,
ad liberalia studia attulisset, facilè ingenii dexteritate industriaq; sub-
sidio assecutus est, ut cum liberalium artium scientia, bellicæ quoq; laudis
decus coniungent. Ita porrò instructus, cum ad Aulam nram, Regq; publicæ
negotia se contulisset, quæ partim disciplina florentis ætatis, partim mi-
litiæ usu quæsierat, ea ad dignitatem nram, Regq; publ. statum tuen, ita
contulit, ut difficillimis etiam temporibus, prudentiam, constantem fidem
erga nos, Regq; publ. ac studium ipsius, & animi magnitudinem eximiè
probauerimus. Inde euenit, ut Legatiõ etiam grauem ad Imperatorem

Turcarum de Lãderibus, pactisq; renouandis ipsi potissimum demandãe putauimus. Quam uti alacriter suscepit, ita feliciter, & cum laude pere: git. Quocirca cum libenter omnem amplectamur occasionem remune: randi gr̃a, & benignitate nr̃a merita ipsius uacante hoc tempore obitu Gnosi Nicolai Drohiczki, Capneatu Celmen̄ eum illi conferendum putauimus, uti quidem conferimus pr̃sentibus lr̃is nr̃is, ita ut Commo: moratus Gnosus Nicolaus Danielowicz prædictum Capneatum Celmen̄ cum Oppido, uillis, prædiis, agris, fundis, molendinis, omnibusq; adeo in uniuersum attinentiis, & pertinentiis, prout eodem antiquitus spectarunt, & ab ultimo, ac immediato possore tenebantur iure aduitali, teneat, habeat, possideat, iisq; utatur, fruatur, ad extrema uitæ suæ tempora. Promittimus uero pro nobis & Sermis Successoribus nr̃is, nos Sermosq; Successores nr̃os commemorato Gnoso Ni: colao Danielowicz liberum, integrum, & expeditum ius aduitale in Capneatu Celmen̄, omnibusq; finis attinentiis, & iuribus ipsius prastituros, neq; ipsum superstitem illinc unquam amoturos, aut amouendi cuiquam potesta: tem facturos. Quòd autem eius aduitalitiis, idem Gnosus Capneus quartam prouentuum eiusdem Capneatus partem, singulis annis statis temporibus Ramam inferet, ac persoluet, tum præterea singulis annis in usum repara: da, & sarta tecta conseruanda Curiæ Celmen̄ ducentos florenos polonic Conferet, & exponet. Et quia lege publica cautum est, ut post obitum possorum nequaquam bona nr̃a cuiquam conferantur, antequam rẽditus eorum lustrati, æstimatiq; fuerint abiis quibus id negotium Comitiali autori: tate fuerit commissum. Decreto peculiariter cauemus, ne ullo modo etiam si m possom Capneatus uenerit lustrationem præpediat, ac deinceps iuxta eam taxatiõm, qua ex ea extiterit quartam pendat. Iuribus quoq; nr̃is Re: galibus Reipub. & Eccl. Cath. Saluis ibidem manen̄. In cuius rei fidem. &c Datum Varsoniæ in Comitiis Regni generalibus die. XXX Mensis Ianuarii. Anno Dñi. M. Dc. IX. Regnorum nr̃or: Sigismundus &c.

Hieronymus Celecki.

Breue Apostolicum inseritur, quo Ecclesiasticis facultas sententiarum dicendarum in causis criminalibus conceditur.

Carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniæ, & Sueciæ Regi Illustri.

Clemens P. P. VII. Carissime in Chro fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Securitati conscientiæ Venerabilium fratrum Archiepiscoporum, Episcoporumq, & aliorum Prælatorum Ecclesiasticorum Regnorum, & Dominiorum tuorum, qui pro eorum Senatorio munere in Senatu, Comitiis, Consiliis, & Iudiciis eorumdem Regnorum interesse, & sententiam dicere solent, & debent opportunè consulere uolentes. Maiestatis tuæ supplicõnibus in hac parte nobis humiliter porrectis, inclinati; omnibus & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis ptis, ut in eisdem Senatu, Comitiis, Consiliis, & Iudiciis, quando: cunq; de rebus, & negotiis bellicis, & sententiis, ac causis criminalibus tractabitur, eorum sententiam dicere libere, & licitè, sine aliquo conscientiæ scrupulo, aut censurarum Ecclīarum, & irregularitatis incursu, etiamsi inde aliquorum mors, aut membrorum mutilatio subsequatur, dummodo ipsimet sanguinis sententiam non ferant, & a subscrõne Sententiarum abstineant, nisi forsan ex offõ huiusmodi etiam sententias subscribere teneantur, quo casu, ut illas etiam subscribere possint, auctoritate Apostolica tenore præsentium gratiosè concedimus, & indulgemus. Non obstãt constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Dat Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 1x. Augusti. M. D. C. VI. Pontificatus nri anno Sudecimo. M. Deticus Barbianus.

Consensus ad cedendum de tribus laneis Adamo Nielubouicz in personã Laurẽtii Obuchowski.

Sigismundus ũ. Scamus, Consensisse nos, consentireq; p̃ntibus vris nr̃is nobili Adamo Nielubowicz Kozakorum nr̃orum Kothmgvo ut possit, ualeat, toto, integro iure suo, quod sibi super tres laneos agri desertos Puciski nuncupat, in Syluatura Bielscẽ, inter Villar Kamien, Karuẽ campos, necnon bona Snavskie, Syluas itidem Karuẽ ex utraq; p̃artibus sitt in personam nobilis Laurentii Obuchowski Janitovis nr̃i cedere, condescendere. Quæ quidem cessio, inviscq; transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunq; Authenticis Regni facta, recognita fuevit, nos eam ratam, gratam habituri sumus, acsi coram nobis ipsis facta esset. Vigore cuius quidem cessionis laneos p̃fatos una cum omnibus attinẽn. p̃tinẽn. fundis, commodis nr̃is, singulis, p̃dictus Laurentius Obuchowski, tenebit, habebit, possidebit, utifruetur quietè, pacificè, ad extrema uitæ suæ tempora. Promittimusq; pro nobis, Sermis Succ̃oribus nr̃is, non esse nos dictum Obuchowski, ab usu, possõe dictorum laneorum quoad uixerit amotuos, nec amouẽn. cuipiam potestatem datuos, sed saluum, integrum ius aduitale eidem semper seruatuos, quod Sermi Succ̃ores nr̃i Reges Poloniæ sũt factui. Iuribus nr̃is Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæ Catholicæ saluis ubidem manentibus. In cuius rei fidem p̃sentes manu nostra, subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ, die quarta Mensis Februarii. Anno dñi. Millmo, Sexcentmo, xono. Regnorum nrorum Poloniæ. Vigesimo secundo. Sueciæ uerò xx. anno.

Sigismundus R. x.

Hieron. Cielecki

Consensus ad cedendũ Gñoso Nicolao Kuropatwa de bonis Nowe-siolo, alś Tutrow, Chrinowice, Kamienne, Zawizow, in personam Alexandri filii ipsius.

Siglismundus tũ, Scamus, quod cum militaria studia plurimum emolumenti Reipub. afferre uidevemus, factum esse ut eos uiros qui se iis addicerent, non solum bonorum ornamentis, uerum etiam accessione commodorum augeremus. Qua re id præstitimus, ut toto hoc tempore, quoad gubernacula Regni huius Reipub. admoti sumus tales uiros apud nos uidermus, qui laborum tolerantia, animi robore, præclaris, ac arduis facinoribus, omni illorum uirorum memoriæ essent conferendi. In iis uerò non minimi Gnosum Nicolaum Kuropatwa Papiscrum Halicien numeramus, qui præclaris natalibus ortus, a primis annis eo omni studio contendit, ut maiorum laudem, quasi per manus traditam non solum uirtute exprimeret, uerum etiam ad posteros insigni cumulatam accessione transmitteret. Qua de causa ineunte prope ætate exotio, umbraq domestica sese subducens, & in puluerem Castrensem, hoc est uirtutis Palestram sese conferens, Gedanensi primum expeditione, rudimenta militaris tyrocinij posuit, deinde uerò uix confirmata ætate contra fatalem Regni huius hostem Moschorum Tyrannum Serñi Stephani antecessoris uri auspiciis omnibus fere expeditionibus pugnauit. Quo studio uirtutis excitatus eo progressus est, ut etiam iam adultior toto tempore quo Regni huius Reipub. præsumus, neq a patria difficillioribus temporibus, pietatem, neq a nobis suum studium passus sit desiderari. Itaq omnia eiusdem temporis bella exercuit, Bojczynensi prælio interfuit. Bello uerò Scelerense fauii prædonis Kalewaick conflato non interfuit, in eoq se strenuè gessit solum, uerum Equitum turmæ præfuit. Contra Michaelem Transalpinæ, Dala-

Aiæ tÿrannum, non minus fortiter, quam feliciter dimicauit. Denÿq; nihil intermisit, quod aut ad suam uirtutem contestandam, aut de Repub. nobisq; animi prompti studium facere uideretur. Quamobrem cum id a nobis contenderet, ut sibi iis bonis, quæ nra liberalitate iis artibus & Studiis adeptus erat liceret toto, & integro iure suo aduitalitio, quod illi Supervillas Kowe=

Sÿlo, alŝ Tutrow, Ozinowice, Kamienne, Zawizow, Siue Kazainzow nũcupat, in distrĩctu Haliciẽ existẽ competit in personam Gũsi Alexandri Kuropatwa filii sui cedere, & condescendere facilè in eam cessionem ipsi consentiendum, & permittendum esse duximus, uti quidem consentimus & permittimus prũtibus lris nris. Quæ quidem cessio, iurisq; transfusio, posteaquam ltmè coram Actis quibuscunq; authenticis Regni facta, & recognita fuerit, nos eam ratam, & gratam habituri sumus uti eam, quæ de consensu nro peragetur. Vigore cuius cessionis atq; consensus nri bona uillarum prædictarum una cum earum prædiis, agris pratis, campis, sÿlvis, subditis eorumq; laboribus, censibus, commodis, utilitatibus, omnibusq; attinẽt, & pertinentiis antiquitus ad eas spectantibus nullis exceptis, pro nobis ne, aut alio quopiam reseruatis, ita quemadmodum ea bona prænominatus Gũsus Nicolaus Kuropatwa tenebat, habebat, & possidebat, idem quoq; Gũsus Alexander Kuropatwa filius eius, tenebit, habebit, possidebit, utifruetur, quietè, & pacificè ad extrema uitæ suæ tempora. Promittimus autem nro, & Sermorum Successorum nrorum nomine, quod quãdiu prædictus Alexander Kuropatwa in uiuis extitevit, nos eum abusu, & possõne dictorum bonorum uillarum prædictarum, omniumq; illarum attinentiarum non amouebimus, sed saluum, & integrum ius aduitale eidem conseruabimus, quod & Sermi Successores nri facturi sunt. Rõne cuius Aduitalitatis, eam Summã originalis partem, super bonis uillarum prædictarum inscriptam, quæ ex præscripto legum publicarum remittenda uenerit, nobis, & Reipublicæ remittere, & condonare. Si uerò nulla extitevit.

titerit inscripta quartam prouentuum partem de iisdem bonis Rauam quotannis debitis temporibus inferre, Subditos præterea insuetis oneribus non aggrauare tenebitur, Qvit adstrictus. Iuribus præterea nostris Regalibus, Reipublicæ, Fidei Catholicæ saluis. Datum Varsauiæ Septima Februarii Anno Dñi. Millmo, Sexcentmo, Xono. Regnorum nrorũ Pol. XXII. Suec nõ. XX.

Sigismundus RSX. Hieronym. Cielecki.

Consensus ad cedendum de minera ferraria Honestæ Druzinæ Wolosowa in personã filii.

Sigismundus III, Scamus, Dedisse nos dare, & præsentibus literis nris honestæ Druzinæ Wolosowa Mineræ ferrariæ in Capitu Ostrolecensi facultatem de iure suo aduitali sibi super dictam Mineram ferrariam seruiente, cedendi, & condescendendi, illudq; in personam honesti Felicis Wolosa filii sui trãsfundendi. Quæ quidem cessio posteaquam coram Actis quibuscunq; Autenticis facta, & recognita fuerit, nos eam ratam, & gratam habituri sumus. Cuius quidem cessionis, & consensus nri beneficio, idem Felix Wolosa, prænominatam Mineram ferrariam, cum omnibus eius commodis, fructibus, utilitatibus, attinẽ, & pertinẽ, ad eam antiquitus spectañ, & prout a prænominata Wolosowa tenebatur, & possidebatur, ipse quoq; Felix Wolosa filius eius, tenebit, habebit, & possidebit, ad extrema uitæ suæ tempora, quietè, & pacificè. Promittimusq; nrõ, & Sermõrum successorum nrorum nomine, non esse nos eum abusu, & possõne prædictæ mineræ amoturos, nec amouendi cuipiam potestatem daturos, sed saluum, & integrum ius aduitale eidem seruaturos, & Serenii Successores nri seruabunt. Post mortem uerò illius, non prius prænominata minera ferraria, ad nram Successorumq; nrorum dispositiõm redibit, antequam summa ibidem inscripta, uel ex taxa Commissariorum nrorum

proueniens successoribus illius persoluta, & numerata fuerit. Iuribus nris Regalibus, Reipublicæ, & Eccla Catholicæ salvis. In cuius rei fidem prntes manu nra subscras, sigillo Regni communiri iussimus. Dat Varsaviæ die septima Februarii. Anno Dñi. Millmo, Sexcentmo, Xono. Regnorum nostrorum Poloniæ. Vigesimo, secundo. Sueciæ verò anno XD.

Sigismundus Rex. Hieronym. Grzebski.

Consensus ad redimendam Villam Stanislao Janiczki, Turza dict

Sigismundus &c. Scamus, Cum quæ in optimo publicæ rei, ac principis sui milite studioso requiruntur, sis nobilem Stanislaum Janiczki, nõ solum Martia virtute, & industria ipsius, frequentibus bellicis expeditionibus eximiè ostensis, sed etiam exercituum ducibus nris pro illo decentibus prædicatum esse abundè sciamus muneris esse nri existimauimus, utiuis huius militaris quæ ipsius essent bellica merita, grati animi nri Significãone non solum declaremus, sed etiam quemadmodum facultates publicæ rei causa extenuatas, & accisas, ita animum, & studium ipsius ad ulterius reipub. commodum augeamus. Quare libenter prnti occone eidem villam Turza in districtu Sandecoriẽ sitam, de manibus nobilium Brelawski, & Zatorski nullo iure possorum eximendi recuperandiq; concessimus potestatem, uti quidem concedimus tenore prntium. Quam quidem villam per eum legitima iuris uia, de manibus prædictorum nullo iure possorum exemptam, cum omnibus prædiis, agris, pratis, campis, fundis, Syluis, boris, lacubus, piscinis, staguis, pascuis, molendinis, tabernis, subditis, colonis, inquilinis, censibus, vectitibus, prouentibus, fructibus, commodis, attinen, & pertinen, universis, & singulis, ad eam antiquitus spectantibus, tenebit, habebit, & possidebit, ad extrema uitæ suæ tempora. Promittimusq; nro Sermõrum Succõrum nrorum nomine non esse nos prænominatum Janicski

abusu, & possõe dictæ villæ amoturos, nec amouendi eampiam facultatem daturos, sed saluum, & integrum ius aditale seruaturos, quod & Serui, Succcores nri sunt facturi. Rõe cuius aditalitatis eam Summæ partem in bonis iisdem inscript quæ de iure remittenda uenerit nobis & Reipublicæ condonare, quod si nulla inscripta fuerit, quartam prouentuum partem, de iisdem bonis Rauam quotannis de præscripto legum inferre, Subditos præterea insuetis oneribus non aggrauare tenebitur, & erit adstrictus. In cuius rei fidem præsentes manu nra subscras, sigillo regni communiri mandauimus. Dat Varsauiæ XII. Febrnarii. Anno Dñi. M. Dc. IX. Regnorum nrõrũ Pol. XXII. Suec võ XI.

Sigismundus Rex.

Matt Lubienski

Sigismundo Wirszilo bona certa Post Nicolaum Fik concedduntur.

Sigismundus tc, Scamus, Quia nos commendata habentes merita nobilis Sigismundi Wirszilo, quæ nobis Reipublicæ, cum in aliis expeditionibus bellicis, tum uel maximè hoc prõti toto Liuonici belli tempore, ab ipso feliciter initio, satis strenuè fortiterq, uitam, fortunasq suas quibusuis periculis prompte offerendo testata reddidit. Ad extremum ab hoste in excubiis captus, in Sueciam abductus, ibidemq bremio in carceribus detentus, non exiguam fortunarum suarum, uitaq iacturam sustinuit; post hac communitatorum utriusq captiuorum ad nos, Reipublicam missus, dextrè, fideliterq negotium sibi commissum peregit. Quamobrem cum defuncto olim Nobili Boma Zmajlowicz militi nro, bona quædam Hoff, & Holm dicta, in palatinatu Wendeñ sita, post perduellem Nicolaum Fik, iure feudi a nobis, ipsi collata, iterum ad nos, dispositionemq nram deuoluta essent, nos eadẽ

prædicto nobili Sigismundo Wirszilo, eidem quoq; inuestiendi danda, & conferenda esse duximus, prout damus, & conferimus prūtibus, per eum, & Successores eius Sexus masculini ltūas, de lumbis ipsius procreat, & procreandis, cum omnibus eorundem bonorum attinentiis, & pertinentiis, campis, pratis, Sortis, Syluis, nemoribus, piscinis, staguis, lacubus, omnibusq; in uniuersum, & singulis spectant & pertineñt, prout in suis limitibus circumscripta a prioribus possōribus tenebantur, teneñ, habeñ possideñ, dandaq;, donāñ, uendeñ, alienāñ aut alio quouis modo commutanda, non sine tamen peculiari consensu nr̄o, aut Succesorum nr̄orum. De quibus quidem bonis nulla alia onera nobis, & reipub. præfatus Sigismundus Wirszilo, eiusq; deinde masculina posteritas præstare teneburtur, nisi ea ad quæ præstanda cætera quoq; illius prouinciæ nobilitas est, eritq; in posterum obligata. Iuribus tamen nr̄is regalibus, Reipublicæ, & Ecclesiæ Catholicæ saluis ibidem semper manentibus. In cuius rei fidem, præsentes manu nr̄a subscriptas Sigillis Regni, & Magni Ducatus Lituaniæ communiri iussimus. Datum Varsouiæ, in Comitiis Regni gr̄alibus die xii. Mensis Februarii. Anno Dñi. M. Dc. ix. Regnorum nr̄oꝝ Polon. xxii. Suec. xv.

Sigismundus Rex.

Iaussius Skumin Tiszkiewicz Mag. duc. Lith. Notarius, Capt. Brast.

Aduitalitas in solidum Lucæ Piesnowski cum Elizabetha Radzÿminska super uillam Lagiewniki.

Sigismundus iii. Scamus, Cum in generalibus Regni Comitiis, supremus Exercituum Regni Præfectus inter aliorum militum res bello gestas publicè in Senatu commendasset, quosi Lucæ Piesznowski singularia merita, & insignia militaris fortitudinis exempla, quæ a primis integra, & solidæ suæ ætatis annis multis sumptibus etiam ex patrimonio suo factis, in Valachicis, Moldauicis, Liuo:

meis præliis præclarè, & feliciter edidit. Nos actiones eius tam egregiæ virtutis remunerandæ antea expectatas, nunc autem primum oblatas omittere multis Regni Senatoribus ultrò partes suas interponentibus, indignum existimasse. Et quia nobis ipsemet subiecit ius aduitalitium in bonis nris regalibus Lagiewniki in districtu Posnanien sitt, quod quoso olim Lucæ Bielawski dederamus, postea uxori ipsius quosæ Elizabethæ Radzimin: ska communicaueramus extincto iure Aduitalitio morte quosi olim Bielawski, & durante iure quosæ Elizabethæ se habere nelle, cui prælata Elizabetha consensit, ideo desiderium eius nos promouisse. Quare comemoratum quosum Lucam Pieczonowski, una cum Elizabetha coniuge ipsius in pacifica possone, & usufru bonorum nrorum Lagiewniki, eorumq omnium pertinentiarum, & attinentiarum, utilitatum, & emolumentorum, agrorum cultorum, & incultorum, syluarum, pratorum, pascuorum, fluuiorum, lacuum, molendinorum, colonorum, hortulanorum, censuum, laborum, & quorumuis fructuu, ex iisdem bonis prouenientium, summisq ltis in illis inscriptis, utrumq eorum in solidum ad extrema utriusq uel alterius eorum uitæ tempora conseruan esse duximus, conseruamusq pntibus lris nris. Promittentes pro nobis & Sernis Succoribus nris, non esse nos, Succoresq nros eos ipsos coniuges, Lucam Pieczonowski, & Elizabetham Radziminska quoad in uitis extiterit uillæ Lagiewniki possone, & usufru, ullam ob causam, aut nram, aut publicq, quantumuis grauissimam priuaturos, uel de manibus illorum prædicta bona redempturos, neq cuiquam alteri priuandi, & redimendi facultatem concessuros, & permissuros, uerum conseruaturos eos potius, & eorum quemlibet ad ultimum usq uitæ utriusq, uel alterius eorum terminum, in eorum quieta, & pacifica possone, ac usufru. Qaone uero sui iuris Aduitalitii a nobis concessi, quartam tantummodò summa in bonis illis ltrè inscriptæ partem, nobis, & Reipub. condonare, & remittere prænominati Coniuges tenebuntur & erunt adstricti. Iuribus nris regalibus, Reipublicæ, & Sctæ Catholicæ, sal-

uis vbidem permanentibus. In cuius rei fidem præsentes manuuñ subscri=
ptas sigillo Regni nri communiri mandauimus. Datum Varsauiæ in Comi
tiis generalibus Regni die XVII. Februarii. Anno Dñi. M. DC. IX. Regnorum nrorũ
Sigismundus &c. Hieronim. Grelicki.

Molendinum Erasmowski in Capitu Golubeñ sitt, Matthiæ Bierzgiel conceditur.

Sigismundus &c. Scamus, quod cum expositum nobis esset, molendinũ
aquaticum Erasmowski in Capitaneatu Golubeñ penes prædium Sor=
tica consistenꝫ post mortem Erasmi molendinatoris, ultimi illius pos:
sessoris, pervenisse, quin potius inopiam successorum adeo cola=
psum, & denastatum esse, ut nullus inde fructus, uel prouentus tã e=
xaurio nostro proueniat. Honestum uerò Matthiam Bierzgiel filium fa:
mati Fabiani Bierzgiel Ciuis Golubeñ, sumptu, & impensis propriis illud
de nouo, & integro, restaurare, & reædificare uelle, dummodo a nobis Con:
sensum, & eius Aduitalitium obtineat. Nos enim animaduertentes fore id
meliori cõmodo, & utilitate prouentuum nrorum, facilè ad id adducti, consen:
tiendum, & permittendum ei duximus, uti quidem consentimus, & conce=
dimus præsentibus Literis nris, simulq; eius aduitalitium, eidem Matthiæ Bierz=
giel molendinatori tribuimus. Conseruatori eum cum Seruis Succovibus
nris, in quieta, ac pacifica possõne, & usufru libero, ad tempora eius extrema.
Rõne cuius Usufrus, prædictus Molendinator, ex ordinaõne Capnei, unam
Lastham siliginis perdet, & duos porcos saginabit ad Castrum Golubense,
Post mortem aũt illius, non prius molendinũ hoc a succovibus eius recipiemus, ob
Summã pecuniariã, quæ in extructione, & restaurõne molendini p ipsũ exposita fu=
erit, prout ex taxa Comissariorum nrorum uenerit, succovibus illius exolu=
uel Succores nri exoluent. In cuius rei fidem præsentes manuuñ subscras,
Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsoniæ die Vigesima Mensis
Februarii. Anno Dñi. M. DC. IX. Regnor nrorũ Pol. XXII. Succiæ uerò anno. X.
Sigismundus Rex. Joannes Lonicki.

Approbatio iuris Theutonici oppido Czercz.

Sigismundus &c. Scamus, Quia nos ad intercessionem Rudi in Xto Patris Sui Ioannis Andreæ Prusbniczki Epi Camenecen Abbatis Siecziechowien sincerè nobis dilecti pro incolis oppidi Czercz dicti Episcopatus illius in terra Podoliæ, & districtu Camenecen siti, apud nos factam, cupientesq; illam regionem, quam populosissimam esse, ut Tartarorum frequentissimis excursionibus facilius resistat, Privilegium huic oppido piæ memoriæ, a S. Stephano Rege prædecessore nro Leopoli feria sexta ante Festum S. Ioannis Baptistæ proxima Anno Dñi. Millmo quingentmo, Septuagmo, octavo, datum, & concessum autoritate nra Regia confirmamus, ratificamus, & approbamus: in quo ius Teutonicum seu Madeburgense tribuitur, & nundinæ annales binæ, primæ pro Festo Sancti Bartholomæi, & alteræ pro Festo Trium Regum statuuntur. Has & alias omnes condones, clausulas, articulos vatos habemus, Privilegiumq; eorum, quod salvum authenticumq; exhibuerunt, acsi sic de verbo ad verbum insertum esset sic pro inserto habere volumus, decernentes illud, quatum iuris publici rationes permittunt, robur debitæ, & perpetuæ firmitatis debere obtinere. In cuius rei fidem prntes manu nra subscras, sigillo Regni nri communiri mandauimus. Datum Varsaniæ die XXI. Februarii Anno Dñi. M. Dc. IX. Regnorum nrorum Polon. XXII. Sueciæ verò anno. XV.

Sigismundus Rex

Do Broż. Bratkowski

Approbatio nundinarum oppido Czarnocsowniczedict.

Sigismundus dei gra Rex Polonie, magnus Dux Lituanie, Russie, Prussie, Mazouie, Samogitie, Liuonieq; necnon Suecoy Gothorum, &c. Scamus presentibus literis nris quorum interest uniuersis, & singulis. Quia nos ad intercessionem Rudi in Xto Patris Dni Joannis Andreæ Pruchnic: ki Epi Camenecen, Abbatis Sieciechouien, sincere nobis dilecti, promeo= lis oppidi Czarnochownicze dicti, Episcopatus illius in terra Podolie & Districtu Camenecen siti, apud nos factam, cupientesq; ut illa re= gio populosa & fregrientata oppida habeat, quæ sæpius depopulationi= bus hostium miserime deuastatur, priuilegium huic oppido piæ me= moriæ, a D. Sigismundo auo materno nro, de data Cracouiæ Sabbatho an= te festum D. Jacobi proximo. Anno Dni. Millmo, quingentmo, Quadragmo, tertio, datum, & concessum autoritate nra Regia confirmamus, ratifi= camus, & approbamus, in quo nundinæ binæ annales, primæ pro festo Pentecosten, alteræ pro festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, & forum qualibet septimana feria secunda conceduntur, has & alias condones om= nes, clausulas, articulos vatos habemus, primi legimusq; hoc eorum, quod salium, integrumq; exhibuerunt, ac si hic de uerbo ad uerbum insertum esset, hic pro inserto habere uolumus, decernentes illud, quantum iuris publici rationes permittunt robur debitæ, & perpetuæ firmitatis debere obtinere. In cuius rei fidem prntes manu nra subscras, sigillo Regni nri Communiri mandauimus. Datum Varsauiæ die xxi. Mensis Februarii. Au= no Dni. M. Dc. ix. Regnorum nrorum Pol. xxu. Suec. &

Sigismundus Rex. Hobroz Bratkowski.

Approbatio indigenatus Nonbarts.

Sigismundus

Sigismundus, Scamus. Quod cum in praesenti Regni Comitiis generalibus coram nobis in publico Senatorum nrorum consessu Nobilis Petrus Kondarth comparuisset, atq; multis documentis ostendisset, iam pridem maiores, & antecessores suos in hoc Regno Cracouia primaria nra Ciuitate genitos, & procreatos esse ad se vsq; gentis nomen, & Successiõm transmisisse, Constitutiõmq; in proximè praeteritis Comitiis de Indigenatibus factam minimè se afficere posse existimaret, ut tamen omnem ambiguitatem, si qua in posterum eo nomine oriri posset, tolleret, reproduxit itidem publicè eodem tpe coram nobis, & Nro Senatu, binas Priuilegiorum suorum brãs, alteras Germanico idiomate scriptas, quibus Sermus olim Maximilianus Secundus Romanorum imperator Semper Augustus &c de data Wratislauiae die decima tertia mensis Decembris. Anno dñi. Millmo, Quingentmo, Sexagmo, tertio. Stanislaum Srem ipsius propter singularia de se merita praeclaraq; facinora cum Successoribus ipsius nobilitauit, alteras a nobis illi ipsi, & Sui ipsius datas, & concessas Sanctis in conuentione Regni generali die decima Sexta Mensis Aprilis. Anno dñi. Millmo, Quingentmo, Nonagmo, in instanti publicè quoq; praesentauit atq; declarauit, quibus ortus Antecessorum eius Cracouia genevis nobilitas Illius ipsius de Sermo Rege Stephano antecessore nro, omnibus pene bellis Moscouiticis ab eo gestis, atq; & de nobis ipsis merita in Buzinen praelio mi libaris fortitudo, ac plurima praeclarè gesta, & Stemmata gentis ipsius recensentur, quae omnia latius in iisdem reproductis bris descripta sunt. Quemadmodum igitur Suppdicta documenta, & brãs Priuilegiorum suor coram nobis in Facie senatus reproduxit, ita eadem coram Actis Cancellariae nrae mandato nro personli comparens manifestauit, quae omnia a nobis cum Senatoribus Regni recognita, & confirmata, in Acta nostra inscribi mandauimus.

2a

Actum Warsaviæ in Comitiis Regni generalibus die Vigesima prima Mensis Februarii. Anno Dñi. Millmõ, sexentmõ, Nono. Regnorum vrorum Poloniæ Vigesimo, Secundo. Sueciæ verò Decimo quinto. Quibus Dñis, Illobus, Magcis, Gnosis, et Denobus. Alberto Baranowski Gnesnen Joanne Zamoyski Leopolien Archiepis Petro Tylicki Cracovien, Matthia Petrocouski Wladislavien. Benedicto Woina Wilnen Andrea Ozalinski Posnanien, Martino Szyszkowski Plocen. Simone Rudnicki Warmien Petro Woluczki Lucovien Laurentio Gembicki Culmen Regni Poloniæ Cancellario, Georgio Zamoyski Culmen Cristino Kazimirski Kiiovien Epis. Janussio Duce Ostrogia Castellano Cracovien, Kanovien, Cerkasien, Brattocevkasien Wlodimirien, Pereaslavien Nicolao Zebrzydowski Palatino Cracovien Guth Capneo, Hieronimo Gostomski de Lezenicze Palatino Posnanien, Sendomirien Cristino Nicolao Radzivil Palatino Wilnen, Adamo Sandomirio a Ciavrkow Palatino Lancicien Majoris Poloniæ Senator. Stanislao Zolcievski Palatino Kiiovien Kobrinen Calissien, Kamionacen Michaele Działynski Palatino Inowladislavien, Kiessovien, Gnesnen Capneis. Janussio Zastavski Palatino Wolhinia, Stanislao Krassinski Palatino Plocen, Stanen Jacobo de Sawrow Przyłęcz Palatino Podoliæ Premborlien, Matthia Konopacki Palatino Culmen. Georgio Kostka Palatino, et Oeconomo Marienburgen, Solubien Joanne Comite ab Ostrog Castellano Posnanien, Marienburgen et Sawvolien Capneo Adamo Stadnicki de Lanigrod Castellano Cahusien, Przemislien, Kolen Storien Andrea Przyjemski Castellano Gneznen Kowalien, Koninen Andrea Potocki Andrea Firlej de Dambrowica Radomen Nicolao Olszowski Małogosten Stanislao Stadnicki Przemislien, Janussio Grzymułtowski Bydgostrensi, Adamo Kossobuczki Wyssogrodiensi Castellanis, Cristino Morais

Dorostaiski Magni Duc. Lituaniæ Marschalco. Felice Kviski de Drobnin Vice-
cancellario Regni. Nicolao Wolski Curiæ Regni Marschalco, Eustachio
Wolowicz Referendario Mag. Duc. Lituaniæ. Andrea Bobola Suc-
camerario Regni, ac Pilsneñ Capneis, ac aliis multis Secretarius, Offi-
cialibus, Paulicis nris fide dignis.

Confirmatio census reempti-
onalis collegio Societatis
Iesu Posnanieñ.

Sigismundus, Scamus, Quod cum Gnosus Adpsrus Przezinski in omni-
bus bonis suis hæreditariis uczt villis Marcinkow, Harmsdorps, & sortibus
in Lubstow censum annuum reemptionalem Quadringentorum Viginti
Florenorum pecuniæ polonicæ in Regno currentis pro summa sex millium
Florenos quemlibet triginta grossis computañ coram offo, & Actis Capitanea-
libus Castreñ Posnanieñ, Dnibli Societatis Iesu Pri, Martino Smiglecki Col-
legii Societtis Iesu Posnanieñ Rectori, & ipsius succoribus, uczt Rectoribus
eiusdem Collegii, uel alias toti collegio Societatis Iesu Posnanieñ pro tpe, & in
futurum existeñ rendidisset, inscripsisset, & resignasset. Supplicatumq; no-
bis esset, ut resignaom, & inscrom eandem approbare, eamq; ratam, & firmã,
habere dignaremur. Nos supplonii huic pro eo, quo in promotores Divini cultus

propensi sumus studio benigne annuẽ, prædictam census resignationẽ, Inscriptionẽ pro suma supra scripta approbare, & confirmare esse duximus, approbamus ergo, & confirmamus prũtibus hujus nris. In cujus rei fidem prũtes manu nra subscriptas sigillo regni consignavi jussimus. Datum Varsaviæ, die XXII. Mensis Februarii. Anno Dñi. Millesimo, Sexcentesimo xono. Regni Sigismundus &c. Hieron. Cielecki.

Consensus ad cedendũ Magnõ Palatino Pomeraniæ in Personam Biallobloczki.

Sigismundus, Scanus, &c. Quod cum in animum induxisset Magnus Ludovicus a Mortangen Paltnus Pomeraniæ, Pokrzywnen, Skarszewiensis nr Capneus, de jure suo adjuitalitio, quod ipsi super fundum certũ quatuor mansos incultos in se continent in loco Tamka dicto, circa granities bonorum Civitatis Graudentinen sit, & ad Capneatum nrum Pokrzywnen spectan, competit Gnoso Lucæ Biallobloczki Notario terri. Culmen, Conjugi ipsius Gnosæ Annæ de Plotowo cedere, illudq in personam ipsorum transfundere, & transferre. Nos commendatam habentes dicti Gnosi Lucæ Biallobloczki de nobis, & republica bene merendi studium facilè in eam cessionem consentien esse duximus, uti quidem consentimus prũtibus hjus nris. Quæ quidem cessio, juxtaq transfusio posteaq coram Actis quibuscunq Authenticis regni ltimè facta, & recognita fuerit, nos eam ratam habituri sumus, uti quæ de consensu nro peragetur. Virtute cujus cessionis atq consensus nri, fundũ prælatũ, cũ oibus ad eum antiquitus pertinen commodis, & utilitatibus præfati cõjuges uterq eorum in solidum, jure adjuitalitio, tenebunt, & possidebunt, eodemq fundo, quam diu in nimis

extiterint, uel alter eorum extiterit, coniunctim, & diuisim utifruentur
In cuius rei fidem prntes manu nra subscras sigillo Regni communiri ius-
simus. Datum Varsouiæ in Comitiis Regni generli die xxiii. mensis fe-
bruarii. Anno dni. Millmo, Sexcntmo, xono. Regnorum nrorum Poloniæ
xxv. Sueciæ uerò anno decimo quinto.

Sigismundus Rex. Ioannes Waclawski.

Manifestatio Nobilitati-
onis Rottermundorum.

Sigismundus, Scamus, Quia comparens personli coram nobis, & Actis
Cancellariæ Maioris Nobilis Erasmus Stus, habita rone constitutionis
de indigenatibus in proximè prxterit Regni Comitiis laudat, si & in quantum
Nobiles Ioannem, & Stanislaum Rottermundi quoquo modo afficere possit
reproduxit coram eidem Actis prælatorum Nobilium Ioannis, & Stanislai,
Rottermundorum nomine Privilegium de data Cracoviæ in Comitiis Re-
gni generalibus die decima Sexta Mensis Martii. Anno dni, Millmo, quin-
quouismodo, & ordine ltũo, vindicãn, & eliberãn, atq; redemptam, cum omnibus fundis, prædio, agris, pratis, campis, syluis, lacubus, piscinis, tabernis, molendinis, attineñq; & pertinẽñ generlr vniuersis, nullis penitus exceptis, nec pro nobis aut quopiam alio reseruatis, sed omnibus in gñe, & singulis in specie comprehensis ad extrema vitæ suæ tempora, teneñ, habeñ & possideñ. Promittẽñ pro nobis, & Sermis Successoribus nris, quod prædicto Castellano Gedanen vsũ, & possõm aduitalem villæ superius specificatæ, omniumq; ad eam ex antiquo pertinẽñ non admemus, negq; adimeñ & vedimeñ cuipiam quoad uixerit facultatem dabimus, Successoresq; nri dabunt, sed ei saluum, & integrum ius aduitale in iisdem bonis præstabimus, Successoresq; nri præstabunt. Rone uerò eius aduitalitatis quartam summæ partem, in iis bonis ltñe inscript, nobis & Reipublicæ condonare tenebitur, eritq; adstrictus. Iuribus nris regalibus, pers. & Ecclæ Cathedi ibidem per omnia saluis. In cuius rei fidem prñtes manu nra & Datum Cracouiæ die Decima Mensis Martii. Anno dñi. M. Dc. IX. Regnorum nrorum Polon. XXII. Suec.

Sigismundus Rex Hieronimus Cichocki.

Oblata declarationis nobilitationis Ioannis, & Caspari Kosmowskich.

Sigismundus, scamus, Oblatas esse ad Acta Cancellariæ maioris ltras declarationis nobilitationis Ioannis, & Caspari Kosmowskich ex Actis Castren Posnanien extractas, manu Magci Adami Sandiuogii Czarnkowski Palatini Lancicien maioris Poloniæ Generalis, Gnosi Alberti Sudzinski notarii Castren Posnanien subscras, & Sigillo eiusdem Magci Palatini Lancicien & maioris Poloniæ generalis communitas, sanas, integras, nullisq; su-

Spitioni obnoxias. Supplicatumq; nobis esse, ut eadem in Acta Cancllꝛiæ nrꝛæ inscribere, ac demum extradere mandare dignaremur. Quarum lrarum tenor de verbo ad verbum est talis. Actum in Castro Posnanien̄ Feria secunda post Festum Sacratissimi Corporis Xsti proxima. Anno Dñi. Millimo, sexcentimo. Oblatæ sunt ad ingrossan̄, in Acta Offii prnotis ex certa instantia lrꝛ infra scrtꝛ, manu Sacrꝛ, & Sermꝛ Mtis subscriptꝛ, Sigillogꝫ minoris Cancllriæ Regni communitꝛ, sanꝛ, salurꝛ, integrꝛ, ac quauis suspitione carentes in tenore verborum tali. In nomine Dñi. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigis: mundus ii Dei grꝛ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq;, necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus prnotibus lris nris, quorum interest diuersis, & singulis. Siquicquam est humanis in rebus, quod quidem sit imperiis & rebuspub. fructuosum, & utile. Nobilitatio ordo est longè fructuosissimus, & utilissimus. Vetus quippe dictum est, Unicam Virtutem Nobilitm esse, Virtuti porrò omnia parent. Ergo quæ publica res, aut imperium Nobilitate plurimum floret, ea & pacis ornamenta illustria, & belli præsidia firma habeat, necesse est, quandoquidem Unica Virtuti datur Nobilitas, Virtutis autem tendere in ardua, appetere honesta, gloriæ, famæ, existimationi seruire, neq; solum prnotis sui celebrem aliquem sermonem, sed consequentiu sæculorum imortalitm spectare, seruitutem odisse, libertatem amare, animum in periculis fortem, in bello robustum, in aduersis constantem, in secundis moderatum habere. Quod quidem cum ita sit in magna laude ponendi sunt ii Principes, qui Nobilitis ordinem in Respub. inuexerunt, inuectum omni cura, studioq; conservarûnt, atq; adeo studeant propagare. Nil enim tam fluxum est, quam humana

condvtio, oriuntur summæ familiæ, ditescunt longè latèq; protenduntur, eædem
præter opinionem expectationemq; & suam, & hominum consenescunt quodam-
modo, & occidunt, immortales dum florerent futuræ videbantur, lumini ne
extinguatur oleum instillamus, Exercitui ne paulatim intereat supplementum
Scribimus in ordinem referrimus nobilitatis nobilitate dignos ne is ordo ad pau-
cos redigatur, quem latissimè patere, summæ gloriæ, maximaq; vtilitatis est,
sed adipiscendæ nobilitatis, aliud aliis natura, industriaq; iter ostendit, illum
antiquitas generis extulit, hunc opes fecerunt clarum, illum bellica laus il-
lustrauit, hunc pacis artes nuper exemerunt, illum præclara hominum iudicia
hunc principis gra, & autoritas virtute conciliata nobilem reddidit, & in-
signem. relucet enim vel in tenebris virtus etiam in hoste amabilis, quanto
magis in Cive. Itaq; cum illtres, ac. magnifici Senatores, & ordines regni nri certi-
ores nos fecissent, quo parente nobiles Ioannes, & Caspar Kosmowski proces-
serint, eo nempe quo ex nobili prosapia originem duxisse, licetq; ciuilibus
negotiis addictus fuerit, honestissima tamen semper nobilium conuersione
& consanguinitate iunctum existere quorundam relatione accepimus, quod a
fumen plus multò in ipsis filiis suis enituisse conspicitur, quorum vnus
natu maior iuuenili sua ætate primum certorum, magnatorumq; virorum,
obsequiis addicta, publicis tandem actis, in Gnesnen distrn præfectus, illud
offm sui munus ea virtute, tantaq; laude administrare dicatur, ut apud omnes
magnum nomen sibi comparasset. non postremam expectaõm, & de altero con-
cipi posse apparet, qui institutum vitæ suæ militaris exercendæ amplc-
xus idem magnanimè prosequitur. Itaq; eidem insigni virtuti eorum debitus
honor tribuatur, ac ut ea celsiori loco posita magis eluceat, iure optimo ornan-
di eos, & in nobilitatis regni nri ordinem asciscendi cogitonem nobis suscipi-
en existimauimus. Itaq; autoritate nra regia de consensu Senatus nri, &
omnium regni ordinum, ad Comitia ista congregatorum, eosdem, tum & libe-
ros ipsorum vtriusq; sexus hmè procreat & procream nobiles virtutibus hrs
nris declaramus, & creamus, iura Egnestris ordinis, largimur, Immunitia,

prærogatiuasq;

Prærogatiuasq; vniuersas concedimus, aditumq; ad omnes honorum, dignita-
tumq; gradus pandimus, bona terrìa habēt possidēt, coiure facimus potesta-
tem, quo Nobilitas Regni nri habere, possidere consuevit. Postremo nil prorsus
excipimus, quod ad Veros Nobiles Polonos ab antiqua attauorum serie ortos, in-
re, prærogatiua, consuetudine spectare videatur, insignisq; nobilitatis eorum
quo hactenus usi sunt Kosciesza nuncupat illis tribuimus, et addimus, quo
illi suæ familiæ proprio vtuntur, hoc ipsi eorumq; posteri sigillum domi, foriso
que, militiaq; habebunt, hoc in hris, hoc in structuris, et omni genere minimē-
torum præferunt perpetuò, et in æuum, quemadmodum veligna omnis Regni
nri Nobilitas utitur. Quod omnibus, et singulis Regni nri hominibus, cuius-
cunq; status, conditionis, et dignitatis fuerint, notum esse volumus, mandam
ut eosdem Joannem, et Casparum Kosmowskie, posterosq; eorum pro veris, et
latis Nobilibus Regni nri dicant, et vnicuiq; Nobili pares iure, pares gradu,
pares libertate, a nobis effectos habeant, reputent, et censeant, negq; quisq;
Nobilitatem eorum imminuēt aut ullo sinistro modo sigillandam licere si-
bi existimet, sub pœna legibus nri Regni contrà detrahentes aliorum Nobili-
tati sancita. In quorum omnium fidem, et euidentius testimonium præ-
sentes manu nra subscripsimus, sigillumq; Regni communiri mandauimus. Da-
tæ Varsauiæ die decima septima Mensis Martii. Anno dni. Millmo, quin-
gentmo, nonagmo quarto. Regnorum nrorum Poloniæ. octauo, Sueciæ secundo.
Præsentibus Illris, Rndis, Rnis, Magnis, Gnosis, Nobilibus. Joanne Demetrio
Sulikowski Archiepo Leopolien, Joanne Tarnowski Posnanien, Alberto Barano-
wski Plocen, Bernardo Macieiewski Luceorien, Laurentio Goslicki Præmi-
slien, Josepho Wereszczinski Kiiovien, Episcopis. Nicolao Firlei de Dambrowica
Cracovien, nouæ Ciuitatis Novogrodien, et Cazimirien, Hieronimo Gostomski de
Lezenicze Posnanien, Georgio Mniszek de Magna Kunowice Sandomivi-
cien, Leopolien, Sanocen, Samborien, Nicolao, Christo Radzivil Duce in Olika
et Nieswiesz Trocen. Andrea Lescziński Brzesten, Joanne Sieniensk Podoliæ,

Stanislao Wlodek de Hermanow Belzen, Halicien, Colomen, Theodoro skumin Nowogrodek, Grodnen, Ianussio a Zbarasz Bracławien, Krzemenecen, Buscen, Ioanne Abraamowicz Miscen, Zaltino, & Capneis, Stanislao Bykowski, Lancicien, Sivadien, Iacobo Zretfic Camenecen, Trembowlien, Stanislao Kwasinski Podlasie, Stanislao Działyński a Działyn Elbinen, Alexandro Szemaszko Bracławien, Luceorien, Christino Komorowski Sandocen, Nicolao Ligęza de Borek Wyskocen, Brecen, Zydaconien, Sebastiano Lubomirski Malogosten, Sandecen, Lubtownien, Dobczinen, Stanislao Krasicki Przemislien, Stanislao Gulski, Halicien Baren, Ioanne Ossowski Polanecen, Dobczinen, Alberto Radziminski Zakroczinen, Francisco Krasinski Ciechanowien, Castellanis, & Capitaneis, Ioanne de Zamoscie Cancellario Regni maiore & Exercituum generali Belzen, Marięburgen, Derpaten, Knyszinen, Mielnicen, Drohiczen, Sawowonien, & Grodecen, Leone Sapieha Cancellario Magni Ducatus Lithuaniæ, Mereczen, Ioanne Firlei de Dambrowicza Vicesauario Regni Lublinen, Demetrio Halicki Vicesauario magni Ducatus Lithuaniæ, Laurentio Gembicki Secretario Maiore Regni, Cracovien, Matthia Petrokowski Referendario Cracovien, Ioanne Woma a Brochwiow Referendario, & Przemislien Capneo. Simone Rudnicki Gneznen Archidiacono Dobrinien, Cracovien Canonicis Secretariis nris, aliisq; quam plurimis Secretariis, aulicis, & nuntiis Prevestribus, ex omnibus terris, & Paltinatibus Regni, & Magni Ducatus Lithuaniæ ad prnția comitia congregatis. Sigismundus Rex. Ex actis Castren Posnanien extractum. Adam Sandiuogius Czarnkowski Paltinus Lancicien, Maioris Poloniæ Generalis Manu ppria. Albertus Rudzinski notarius Castren Posnanien. Nos itaq; Supplonii utinusta benigne annuen hras supra scras, & inscribere in Acta, & extradere mandauimus. In cuius rei fidem præsen subscripti, sigillum nrum est appressum. Actum Cracoviæ die Duodecima Mensis Martii. Anno dni. Millmo, Sexcentmo, Xono. Regnorum nrorum Poloniæ. Vigmo Secdo. Suec. Xo.

Retto Knii m Cro Prus S. Laurentii Gembicki Epi Culmen R. C. Supremi Cancellarii

Molendinum in villa Czerlan-ce Nobili Joañi Swięczicki in Solidum cum Coniuge datur.

Sigismundus, Scamus, Quia nos ad intercessiõm Magnici Stanislai Zolcie-wski Paltini Kiiouien Campestris Exercituum Regni Ducis Rosatien, Calussien, Camionacen̄ nri Capnei, pro Nobili Joanne Swięcicki apud nos Factam Facien nobis esse duximus, ut ius illius super molendino in villa nra Czerlance, ad Capneatum Grodecen spectañ, sito sibi seruiens Coniugi quoq; ipsius Nobili Annæ Swięcicka communicaremus, uti qui-dem communicamus prñtibus lris nris. Ita ut iidem coniuges, Nobiles Joannes, & Anna Swięcicki Coniuges ambo coniunctim, & in solidum, mo-lendinum prædictum Dna cum agris ad id spectañ, necnon Kmet Sone Duo, Stecz Woronath, & Hortulanis duobus, Petko Skarpetczak, & Fedor nun-cupatis, omnibusq; fructibus, prouentibus, ac Utilitatibus, attinenq;, & per-tinen. ijnuersis eo spectañ, & prout ab ipso Swięcicki possidebantur, tene-bunt, & possidebunt, ac simul cum libera lignorum incisione, ex Syluis Capi-taneatus Grodecen, pro Usu solum domestico utifruentur ad extrema uitæ Utri-usq; tempora. Promittimusq; nro, ac Sermõrum Successorum nrorum Poloniæ Regum nomine, non esse nos Coniuges prædictos, siue alterutrum eorum a possone bonorum prædictorum alienaturos, neq; alienandi cuiquam pote-statem daturos, sed saluum, & integrum ius dominium ipsis conseruaturos, idemq; Serñi Successores nri præstabunt. Post decessum autem ipsorum e Vita non prius corñ successores de bonis molendini prædicti cedere tenebuntur, quã summa in iis inscripta uel ex taxa Comissariorum prouueniens ipsis integrè fuerit persoluta. In cuius rei Fidem Datum Dansonia die XX Februarii. Anno D. Hieron. Cielicki Sigismundus Rex

Consensus ad cedendum de villa Tarnowica Polna, & Tarnowica Podlesna Religioso Joannis Izaiæ Balaban in personam Nobilis Joannis Rudnicki.

Sigismundus &c. Scamus. Dedisse nos consensum, damusq; præsentibus Religioso Joanni, Izaiæ Balaban, ut possit, & valeat de toto, & integro iure Aduitalitio sibi super villas Tarnowica Polna, & Tarnowica Podlesna nuncupat in distrtu Haliciem sitt cedere, & condescendere, illasq; in personam Nobilis Georgii Rudnicki transfundere. Quæ quidem cessio, ruriusq; transfusio postea quam Ctmè coram Actis quibuscunq; Regni Authenticis facta, & recognita fuerit, eam nos ratam, & gratam habituri sumus vigore cuius cessionis atq; Consensus nri supra nominatas villas, cum omnibus subditis, colonis, Sortulanis, eorumq; laboribus, censibus, commodis, prouentibus, agris, pratis, campis, syluis, fluuiis, piscinis, molendinis, attmen, & pertinen nris ad eam antiquitus spectan, prout a prænominato Religioso Joanne, Izaia Balaban hactenus tenebantur, & possidebantur, prædictus quoq; Georgius Rudnicki, tenebit, habebit & possidebit, eisq; quiete, & pacifice, ad extrema Vitæ suæ tempora utifruetur. Promittimusq; pro nobis, & Sermis Successoribus nris, nos eum abusu, & possone sup nostrum nullarum non amoturos, aut alienaturos, nec cuipiam amouendi, aut alienan pottem daturos, sed salvum, & integrum ius Aduitale ipsi conseruaturos. Qne cuius Aduitis, si ea bona summis onerata sunt quartam earundem partem nobis, & Reipub. condonare, Sinerò non, quartam prouentuum partem iuxta legum præscriptum Ranam quotannis inferre, ædificia sarta, tectaq; conseruare Subditos insolitis oneribus non aggrauare tenebitur, & erit adstrictus.

Iuribus nris Regalibus, & Reipub. & Secta Catholica salvis vbique manē-
tibus. In cuius rei fidem pntes manu nra subscras, sigillo regni commu-
nivi mandauimus. Datum Varsauiæ in Comitiis regni gnrlibo die vigesi
ma quarta mensis Februarii. Anno Dñi. M. Dc. IX. Regnorum nror &
Sigismundus Rex. Hieron. Cielecki

Consensus redimendæ Scul-
tetiæ in villa Staremiasto nobili Ja-
cobo Stawski.

Sigismundus, Scamus, Quia nos ad intercessionem Magci Andreæ Przy-
remski Castellani Gnezneñ, Cracovien, Conienq; de Capñei, pro nobili Jaco:
bo Stawski apud nos interposit. Sedimus consensum nrum, damusq; pntibus
lris nris, pro dicto nobili Jacobo Stawski Aduocām, sine Scultetiam in villa
nra Staremiasto, ad Capneatum Coniencñ, pertinen, de manibus Succorum
nobilis olim Christofori Goslawski, eius Scultetiæ vltimi possōris, aliorūq;
quorumuis possorum, sine ius, & interesse ad eandem Scultetiam, aut sumās
in ea exntes se habere prætendeñ, quorum nomina, & cognomina sic pro ex-
pressis habere volumus, iustis pecuniarum Summis, in eadem scultetia ltrīe
inscriptis, vel in defectu inscriptarum, ex ltra, & iuridica Comissariorum
taxa prouenien redimere, seu quouis alio ltro iuris modo recuperare. Quā
quidem Scultetiam sic redemptam prænominatus Iacobus Stawski, cum
omnibus, & singulis eius fruibus, prouentibus, utilitibus, attinen, pertinen uni-
uersis antiquitus spectantibus, nullis penitus exceptis, pro nobis nre aut alio
quopiam reseruat, tenebit, habebit, possidebit, illisq; pacifice, & quiete, ad ex-
trema vitæ suæ tempora utifruetur. Promittimusq; pro nobis, & Sernis
Succōribus nris, quod quam diu prænominatus Stawski vixerit, eum absu
& possone præfatæ Scultetiæ non esse nos, neq; Succores nros amoturos, amo-

nendos, vel alienandi cuipiam potestatem daturos, quin imò plenum illi ius Aduitale cum Sermis Successoribus nris conseruaturos. Post mortem verò eius, non prius Successores illius possone prætatæ Scultetiæ cedere, & con: descendere tenebuntur, quam summa in lris originalibus expressa, vel ex taxa Commissariorum proueniens, iis integrè persoluta fuevit. Iuribus nris Regalibus, In cuius rei fidem prntes manu nra subscras sigillo Re gni communiri mandauimus: Datum Cracouiæ die xx. Mensis Martii. Anno Dni. M. Dc. IX Regnorum Z

Sigismundus Rex.

Joannes Lovicki

Consensus vedimendæ Scultetiæ in Villa Skolsko Stanislao Przyemski

Sigismundus, Scamus, Quod cum Aduocatia in villa nra Skolsko in Pala: tinatu Brzestem, & Distrn Kruswicien consistens ob ltnas causas, & va: tiones, ad nram dispom deuoluta fuisset, facien esse duximus ut eius vedinc: das sine ltna quamis iuris via recuperan Gnoso Stanislao Przyemski magci Andreæ Przyemski Castellani Gnesnen, Koualien, Kominen, & nri Capnei filio ob singularia parentis eiusdem in nos, & Rempub. nram merita, tum ob præclara iuuenis ipsius virtutem, & ingenii, quibus ab omnibus comen: datur specimina, de manibus modernorum eius possorum, siue occupatorii, quorum nomina, & cognomina sic pro expressis habere volumus plenam da: remus, & concederemus facultatem, uti quidem damus, & concedimus per prsentes lras nras. quam quidem Aduocam debito iuris ordine vedemptam prænominatus Stanislaus Przyemski, cum omnibus & singulis eius utili: tatibus, fructibus, prouentibus, vditibus, agris, pratis, hortis, campis, syluis, pascuis, casterisq; genrli attinen, & pertinen, antiquitus ad Spectantib. nullis prorsus exceptis, pro nobisque, aut alio quopiam reseruat, tenebit, habebit, possidebit, illisq; quietè, & pacificè, utifructur ad tempora

Vitæ suæ extrema. Promittimusq; pro nobis, & Sermis Succoribus nris Regi-
bus Poloniæ, quod quamdiu prænominatus Stanislaus Przyemski vixerit
eum a bonis, & possone dictæ Advocatiæ non essemus amoturos, vel aliena-
turos, neminiq; alteri eximendi, vel alienandi potestatem daturos, quin imò
salvum illi advitalitiale ius cum Sermis Succoribus nris conservaturos.
Post decessum verò de hac luce prædicti Przyemski non primi successores illius
possonis prælatæ Advocatiæ cedere tenebuntur, quam summa in literis originà-
libus expressa, vel ex taxa Commissariorum proveniens illis integrè persolu-
ta fuerit. In cuius rei q; Datum Cracoviæ. XX. Martii. Anno q Regnorum
Sigismundus Rex Joannes Lowiczki.

Conservatio Matthiæ Cieszkowski in bonis infrascriptis

Conservasse nos conservareq; privilegiis his nris nobilem Matthiam Cieszko-
wski ob singularia ipsius in nos & Reipub. nram merita in Deum, & possonem Ad-
vitali novem agri portionum Dworzyska Zuste nuncupatarum in villa nra
Ciszowa ad Capneatum Premisliens pertinenti consistens & inter limites vil-
larum Podsatkie, Lodzinskie, Brzeskie, quondam olim Bonae Drohoiowski Rele-
vendarii Regni Capneiq; Premisliens hereditaria exuma: & villas nras Kyzecz-
kowa, owiska, & Skupnicza partibus ab altera iacens, per eundem Cieszkowski
itq; nobilem Hedwigim Zaiancowna coniugem ipsius, cum omnibus earundem
portionum fructibus, attinentiq;, & pertinens generaliter universis ad eas ex antiquo
spectantibus in solidum tenen, habend, & possiden, ad extrema vitæ eorum seu al-
terius superstitis tempora. Promittimusq; pro nobis, & Sermis Succoribus nris
non esse nos prædictos coniuges, quoad in vitis extiterint, vel alter eorum ex-
piraverit, abusu, & possone prælatorum bonorum mrorum tam in toto quam in parte
amoturos, privaturosq;, neq; amovendi, privandiq; eos consensum alicui daturos
Sed integrum & inviolatum ius advitale utriusq; eorum in solidum esse præstitu-
ros. In cuius rei fidem q; Datum Cracoviæ die. XX. Mensis Martii. Anno Dñi. M. Dc. IX. Regnorum
Sigismundus Rex. Hieronymus Cieleski

Aduocatia in villa Cikon Alberto Grochowski cum Elizabetha de Plesowicze in solidum datur.

Sigismundus &c. Scamus &z Quod nos auitæ familiæ Gnosi Alberti Grochowski de &publica Sermisq; antecessoribus nris bene meritæ rationem habentes facilè consensum nrum præbuimus, ut idem ius quod Gnosa Helizabeth de Plesowicze consors illius legitima in Aduocatia in villa nra Czikow dicta ad Capneatum Cramislien pertinen habet, prædicto Gnoso Alberto Grochowski in solidum quoq; damus, & conferimus, uti quidem damus, & conferimus præsentibus lris nris, ita ut prædicti coniuges dictam Aduocatiam coniunctim, & diuisim cum omnibus fructibus, utilitatibus, emolumentis, reditibus, & pertinentiis, nullis penitus exceptis, teneant, habeant, possideant, eaq; utifruantur ad extrema uitæ tempora. Promittimusq; pro nobis, & Sermis Successoribus nris &gibus Poloniæ, quod quamdiu dicti Coniuges uiuent, uel alter supervixerit, non esse nos illos, a possone, & usufru prædictæ Aduocatiæ amoturos, alienaturos, uel exempturos, nec cuipiam alii amouendi, alienandi, exmendi potestatem facturos, etiamsi id quantumuis grauis nra, & &publicæ necessitas exposceret. Ipsorum autem uel alterius Coniugum e uiuis decessu dictæ Aduocatiæ possessio non prius nobis, uel Successoribus nris cedet, quam de ea Successores illorum iusta pecuniæ summa fuerint exempti. In cuius rei Fidem præsentes manu nra Subscriptas Sigillo &gii nri consignari mandauimus. Datum Cracoviæ trigesima die Mensis Martii. Anno Dñi. M. Dc. &gnorum nrorum Poloniæ XXI. Sueæ Szygismundus &x. Joannes Slupski.

Oblata actus Commissorialis

inter bona Regia Czyzow, & Wolka Capitaneatus Szydlovien, & Villas Oczioszeki, & Kozlie Særeditaria Gnosi Joannis Gotkowski Notarii Castren Korcinen

Sigismundus III. &c. Scamus, oblatas esse ad Acta Cancellariæ nræ hās Actus Commissarialis manibus infra scriptorum D.D. Commissariorum subscriptas & Sigillis eorundem communitas, sanas, integras, omnibus prorsus suspitionis nota carentes. Supplicatumq; nobis esse, ut easdem in Acta eadem suscipere, atq; inscribere mandare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur talis. Stanislaus Comes à Tarnow Sandomirien, Buscen, Stobnicen, Capitaneus, Andreas Koniecz polski de Koniecz pole Polanecen, Joannes Komiszowski Kospericen, Castellani, Zbigneus Lanckorunski de Brzezie, & in Kurozweki Succamerarius, Hieronimus Balinski Tribunus, Sebastianus Ligęza de Bobrek Subdapifer terræ Sandomirien, Nicolaus Kowalowski de Belchatow Gladifer terræ Siradien Commissarii ad negotium infra scriptorum limitum per Sacram Regiam Mattem assignati, & deputati. Significamus tenore præsentium Universis, & singulis Sacrum notitiam habituris, quia nos debito officii nri satisfaciendo, munusq; hris Commissionis Sacræ Mtis Regiæ nobis iniunctum exequen differentias vatione limitu inter bona Sacræ Mtis Regiæ Czyzow, & Wolka, ad Capneatum Szydlovien spectan, tenuta Gnosi Joannis Stanislawski, Capitanei Szydlovien, ab una: & Villas, Oczioszeki, & Kozlie Gnosi Joannis Gotkowski Notarii Castren Korczyncen Særeditaria ex altera partibus decidere, & complanare parati, in locum differentiarum descendimus, & negotium ipsum absoluimus eum in modum. Actum in loco circa flumium dictum Lukawa, non procul à villa dicta Wydatek ad villam Czischow Rmi Episcopi, & Venerabilis Capituli Cracovien pertinen, in loco ubi ex altera parte rivulus Biatta Wodka influit, in eundem flumium Lukawa in concurrentia trium Særeditatum uczt villarum Czyzow Sacræ Regiæ Mtis, Oczioszeki, & Kozlie, præfati Joannis Gotkowski Actoris, & Czischow, memorati Episcopi, & Capituli Cra:

conuen Sabbato post festum sanctæ Hedwigis electæ proximo. Anno dñi. Millimo sexcentimo, octauo. Coram nobis Commissariis, vna cum supranominato Gnoso Succamerario Sandomirien, adnegotium limitum infra scrorum per sacram Regiam Mtem datis, & deputatis. Prudentibus Iudis, Gnosis, & Nobilibus. Martino Zlotnicki, & Ioanne Fridrichowski Canonicis Cracovien, Achacio Grochowski Secretario Jacobo Zeleński de Zelanka, Ioanne Przeradowski, & Ioanne Kowodworski Auli: cis, tum Hieronimo Milonski Diceinstigatore Sacræ Regiæ Mtis, Jacobo Sienien: ski de Sienno Pallatinde Podolie, Wrocław Lanczkorunski de Brzezie, Jacobo Dembienski Vicecapreo Sidlovien, Jacobo Wieliczki Præfecto Kleczen, Matheo Oszenski Pastore Czisovien, Ioanne Dembiczki, de Dembicza, Ioanne Krolewski, de Krolewicze, Valentino Wieliczki, Valentino Gluziczki. Mikul, Paulo Sawiczki Andrea Peczelski, Petro Lowiniczki, Jacobo Bielski. Alberto Mozgawa, ali: isq; Nobilibus plurimis, necnon Subditis de prædictis Villis Oczioszki, & Kozlie Czyżow, ac etiam Subditis de Villa Czisow, Korzen, & Drogowle prænominati Episcopi, & Capituli Cracovien circa eundem Actum existen, tum Ministeriali Regni genli pronido Benedicto Sokolski de Krzyżanowicze. In quo loco in præsentia earundem partium Visis Iris Commissionis Sacræ Regiæ Mtis omni suspitionis nota caren per Actoream partem exhibitis, quarum tenor est talis. Sygismundus iii Dei grã Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prus: siæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq;, necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Magnis, & Gnosis Stanislao Krasinski Palatino Plocen, Bloneq; Stanislao Comiti a Tarnow, Sandomirien, Buscen, Stobnicenq;. Andreæ Koniecz pol: ski Polanecen, Nicolao Spitek Ligęza Czechowien, Biecenq;, Ioanni Komiszowski Rospivien Castellanis, & Capitan nris, Zbigneo Lanczkorunski Succamerario, uel in eius absentia Camerariis cuilibet eorum, Sebestiano Ligęza Subcapitaneo. Martino Balinski Tribuno Sandomirien, Nicolao Kowalowski Gladifero Sivadien, Paulo Bo: cinowski Subiudici, Georgio Piaszeczki Notario Tribus Sandomirien, Sinc, & fi: delibus nobis dilectis, gram nram Regiam. Magnifici, ac Gnosi Sinc. & fid. nobis dilecti. Intelleximus exortas esse differentias occone limitum, inter bona nra Re: galia Villas, vidt Czyżow, & Nolka, ad Capneatum Szydlovien, tenuta Gnosi Joannis Stanislawski ab vna, & bona Sacra Gnosi Joannis Gothowski Notarii

Castreñ. Corcjuneñ, villas Dcñt Oczoszcki, & Kozle partibus abaltera. Quas nos componi, & complanari cupientes Sint. & fidel. vñis, de quarum fide, industria, verumq; gerendarum dexteritate plurimum confidimus id negotii comittendum esse duximus, vti quidem committimus prñtibus hñis mñis, Mandañ ut habita mutua inter se cointelligentia, captatoq; certo aliquo die, & tempore competenti, vocatisq; ad sui prñtiam hñis innotescentia suas partibus, quarum interest, in locum differentiarum commeniant, ibidemq; intellectis & auditis earundem partium propositionibus, allegationibus, & responsis, acceptoq; Senum fide dignorum sufficienti testimonio, mediante ipsorum si opus fuerit corporali iuramento, ac re ipsa oculis subiecta, positioneq; ac uerite illius ad plenum cognita, & perspecta, neutri partium fauenñ, sed solum deum, & iustitiam eius pre. oculis habenñ, dicta bona dislimitent, & distinguant, scopulisq; & signis metalibus circa talia fieri solitis illa consignent. In quo consentias Sme. & fid. vrãe onerata esse volumus. Et quicquid in premissis decreuerint, id ratum, & firmum esse, atq; à partibus firmiter observari volumus. Absentia vnius, duorum, uel trium, ex Sme. & fid. veis non obstante, modo tot, & ii adsint, quot, & qui de iure adesse debent. Aliter non factum. Sme. & fid. vrãe, prohibenñ, ostentumq; suorum debito. Datum Cracouiæ die Septima Mensis Iunii. Anno dñi. M. Dc. Octauo. Regnorum nrorum Poloniæ. XXI. Suecæ uerò anno. XV. Ex commissione Sacræ Regiæ mtis propria. Iacobus Zadzik. Visis denique mandatis Sacræ mtis Regiæ, tam ad prædictum Gnõsum Ioannem Stanislawski Capneum Sidlouien quam & collateralem intra scriptum, datis itidem autsenticis, actimotescentiis eo nomine contra partes intra scriptas extraditis, eodem Ioanne Gotkowski Actore, fundationem iurisdõnis à nobis ante omnia petente, Gnõso uerò Iacobo Sieninski protestante, atq; diuisionibus certis productis allegante, quod eadem villa Czyzow sit illius hereditaria, & quòd pro illa in comentu Regni genñi iure agit, cuius nomine fundaõm iurisdõnis impugnante, contra Gnõso Capneo Szidlouien villam supra scriptam Czyzow ab antiquissimis temporibus Regalem esse affirmante, quod lustroñe facilè probari se offerebat. Cum quidem Sieninski tempore nuper præterito Commissionem Sacræ mtis Regiæ à bonis suis Rakow,

Dalius vacue dismittonis cum Villa eadem Gizow expediebat, & ipsemet pro
Regali eam esse agnoscebat deducente. Nos Commissarii non prajudicando fundo
Juvi Utriusq; parti atq; actioni eiusdem Sieniensi non derogan, in quantu
ipsi competit, salvis etiam defensis iisdem partibus reservatis in loco supra scto
in quo per Actorem locati, & constituti Sumus, in vrisdonem vram Commissori-
alem fundavimus, & eam Ministeriali genli predicto publicare, & procla-
mare mandavimus, prout publicata, & proclamata est, ut vatio, & forma
juris exigunt. Absoluta itaq; eadem fundone Juvisdonis Actor predictus
Gnosus Joannes Gotkowski acclamatis per Nuncium predictum partibus,
dezt Gnoso Capneo Sydlovien primi Citto, tum & Gno Episcopo, & Jenera-
libus Prelatis, & Canonicis, totoq; Jenebli Capitulo Arcis Cracovien, & eis-
dem coram nobis compareu, exhibuit in primis vras Innotescentias nre Com-
missorialis contra pretatum Capneum editas, & per predictum Nuncium
positas (cuius positionis expressam coram nobis idem Actis fecit relon) gra-
rum tenor talis. Stanislaus Kraszinski Paltnus Plocen Plonen Stanislaus
comes a Tarnow Sandomirien, Busceu, Stobnicenq. Andreas Koniecz polski de Ko-
niecz pole Polanecen. Nicolaus Spitek Ligeza de Bobrek Czelovien, Biecenq
Joannes Komistowski Kospirien Castellani, & Capitanei Zbignens Lanczko-
wnski de Brzezie in Kurozweki Szres Succamerarius, del ipsius Camerarius
Sebastianus Ligeza de Bobrek Subdapifer, Hieronimus Balinski Tribunus ter-
ra Sandomirien Nicolaus Kowalowski de Belsatow Gladifer terre Siradien,
Paulus Bocimowski Subindex, Georgius Piaszczki Notarius terre Sando-
mirien, Commissarii ad negotium infra scrum per Sacram Regiam Mtem assi-
gnati. Tibi gnoso Joanni Stanislawski de Stanislawicze Capneo Sidlovien, nih-
larum Gizow strolka, ad Capneatum Sidlovien spectan Permutario. Innotescimus
prntibus oblatas esse nobis, ex parte Gnosi Joannis Gotkowski Notarii Castren
Corcinen Villarum Oczioszki, & Kozlie Sacredis vras commissionis Sacre Mtis
Regias, iisdemq; per Sacram Regiam Mtem, iniunctum esse nobis, ut Sabita inter

nos mu-

nos mutua cointelligentia, captato die certo, & tempore competenti, ad loca differentiarum descendamus, locatisq; ad prtiam nrãm hrũs innotescentiæ partibus auditis earum proponibus, & responsis, Senum testimonio mediante, si opus fuerit inramento, ue ritate perspecta bona eius prædicta, à bonis tenutæ tuæ dislimitemus, scopulos erigamus, signisq; metalibus consignemus, prout hrãs Commissionis eiusdem, de quibus tibi in termo fidem faciemus, & ad quas præsentem innotescentiam nrãm in toto referimus latius ea omnia continetur. Quapropter eiusdem, & nrã, qua in hac parte fungimur autte tibi mandamus, ut coram nobis, seu Iudio nro Comissoriali Sabbato post festum Sanctæ Hedwigis electæ nunc instans proxima, & aliis consequentibus diebus in loco differentiarum, Sawieditatum, & villarum prædicte, ibi ubi nos seu Iudicium nrum prælatus Actor locabit ad instantiam Supra scti Actoris, personli, ltimè, peremptoriègq; compareas, ad uidendum, attentandumq; nos uigore prælatæ Commissionis nos ad dislimitaõm bonorum Sacræ Mttis Regiæ villarum Czyzow, & Wolka, tenutæ tuæ ab qua: & villas Oczio: Szeki, & Kozlic Actoreæ partis ab altera procedi limitibus, scopulis, signisq; metalibus distingui, dislimitari, & alia circa talia de iure & consuetudine fieri solita exequi, hrũs Sacræ Mttis Regiæ in toto satisfacerũ certificãte quod sine in dicto termino comparueris, siue non, nos ad ea, quæ nobis seu offo nro Comissoriali incumbunt, contra te procedemus, præmissa sis indlo attenturus, & si quid de iure competierit unsurus, Contumacia tua nõ obstante. Datum in Stobnicza residentiæ Dnius Commissarii Seniovis, feria secunda post festum Sancti Iacobi Apostoli proxima. Anno Dñi. Millmo, Sexcentmo, octauo. Xcenon hrãs mandati Sacræ Mttis Regiæ ad eundem Capitaneum dati, & per eundem Mttem exportati, cuius series eiusmodi. Sigismundus iii Dei grã Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq;, necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorum &c. Hæreditarius Rex. Significamus per Sacram Regiam Mttem commissa sunt, & quæ nobis, seu

lorum, Sacredotavius R&X. Gnoso Joanni Stanislavscki Capneo nro Sidloui-
en, & Villarum nrarum Czyzow, & Wolka tenutario fidli nobis dilecto, gram
nram Regiam. Gnose fidli nobis dilecte. Designauimus certos Commissarios no-
stros ad faciendj, & constituendj limites, inter bona nra Regalia, villas nost
& Czyzow, & wolka ad Capneatum Sidlouiensem tenutus ad presens Fid. tuas ab una; & bo-
na Sacredotia Gnosi Joannis Gothowski notarii Castren Corczynien, villas, nost
oczrostecki, & kozlie ab altera partibus. Quare uolumus, ac mandamus,
Fid. tuas, ut cum per predictos Comissarios nros lris Innotescentias nota-
ta fuerit, coram eis compareat, Suisq; dilationi interesit. Et quicquid
in premissis decreuerint, firmiter teneat, & obseruet, proudeat tamen, ne
bonis nris regalibus hac dilatione dammum aliquod, & preiudicium inte-
ratur. Pro gra nra, alij non facturj. Datum Cracouiae die septima Mensis Iu-
nii. Anno Dni. Millmo, Sexcentmo, Octauo. Regnorum nrorum Poloniae. xxi. Sue-
ciae uero anno. xv. Ad mandatum Sacrae Mtis Regiae proprium. Jacobus Zadzik.
Similj, & alias Innotescentia, super collatevales prelatos Epum, & Capitulum
Cracouien emanatas, & itidem per eundem Mum positas, quarum tenor talis.
Stanislaus Kras Zinski Cantus Plocen Bouenq, Stanislaus Comes a Tarnow
Sandomivien Buscen, Stobnicenq Andreas Koniecz polski de Koniecz pole Pola-
necen, Nicolaus Spitek Ligeza de Bobrek Czebowien Biecenq, Joannes Koni-
szowski Kospivien Castellani, & Capnei, Zbigneus Lanczkorunski de Brze-
zie in Kuroszweki Starosta, Succamerarius, uel ipsius Camerarius, Sebastianus
Ligeza de Bobrek Subdapifer, Hieronimus Baliński Tribunus terrae Sando-
mivien, Nicolaus Kowalowski de Belchatow Gladifer terrae Siradien, Paulus
Soczimowski Subiudex, Georgius Piaszeczki. Notarius terrae Sandomivi-
en Commissarii, ad negotium intra scrum per Sacram Regiam Mtem assignati.
Pibi Mmo, & Xmo in Cro Pri, Petro Pyliczki Dei gra Epo Cracouien Dnj Seue-
rien atq; Venerbli Capitulo Ecctae Cathedralis Arcis Cracovien, in Czyzow, Korzen,

& Drogoule

D Drogowle Sacredibus. Innotescimus p̄rūtibus, oblatas esse nobis lr̄as Sacre Mtis Regie Commissionis innunctum nobis esse negotium dislimitaū bonorum Villa Sacre Mtis Regie Czyzow, D Wolka, ad oppidum Szydlow spectaū, tenutas Gnōsi Ioannis Stanislawski Capnēi Szydlowien abuna, D villas Occiowski, D Kozhie Genōsi Ioannis Gothowski Notarii Castren Corczynen Sarr̄ia ex altera partibus. Quoniam verò Villa Czyzow, Korzen, D Drogowle p̄dā Sarr̄ia bon' eisdem dislimitandis adiacere, illisq; contigua esse dicuntur. Dicrò nobis vigore Regio, D nr̄a qua in hac parte fungimur Commissoriali autoritte, atq; inharen lr̄is mandati Sacre Mtis Regie, ad nos eo nomine dati mandamus ut coram nobis, seu Iudicio nr̄o Commissoriali in loco differentiarum Saroditatum, D bonorum supra scr̄orum ibi ubi nost nos Actor p̄fatus locabit, D nr̄am fundabimus intrisdem, Sabbato post festum Sancte Hedwigis electe nunc instans proximo, D aliis subsequentibus diebus, Ad instantiam Supra scr̄i Gnōsi Ioannis Gothowski, personlr̄, Ltrē, peremptoriēq; compareatis Ad videndum nos vigore p̄fate Commissionis ad dislimitatiōn bonorum p̄fatorum, iuxta Commissiōn Sacre Mtis Regie procedi, D ut staretis, D parietem utrum attentaretis, eumq; ubi ltrē agnoscendus evit, agnosceretis; certificaū nos, quod sive in dicto terno comparuevitis, sive non, nos ad ea, que nobis, D officii nr̄i erunt, contra vos procedemus, p̄missa sitis Iudlr̄ attentaturi, D si quid de iure competierit, vrsr̄i. Datum in Stobnicza residentie Nr̄ius Commissarii Senioris feria secunda post festum Sancti Iacobi Apostoli proxima Anno Dni. Millmo, Sexcntmo, Octavo. Cum D lr̄as mandati Sacre Mtis Regie ad eundem Epm̄, D Capitulum dati, D positi tenoris Sr̄iusmodi. Sigismundus tū Dei gr̄a Rex Polonie, Magnus Dux Lituanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Livoniaq;, necnon Smolensci, Cernichovie, Dandalorumq; Hereditarius Rex. Rndo in Xpō Pri Dno Petro Tylicki Episcopo Cracovien Sine, nobis dilecto, necnon Nobilibus Prelatis, D Canonicis totiq; Capitulo Ecctie Cathedralis Cracovien, devote nobis dil. gr̄am nr̄am Regiam

Rūde in Xrō Pater Sme: nobis dilect, & Venerabiles Prælati, & Canonici Ec=
clie Cathedralis Cracovien, devote nobis dilect. Designavimus certos Commissa=
rios nros ad faciēn, & constituēn, limites inter bona nra Regalia, villas nōst
Czyżow, & Wolka, ad Capitulatum Sydlovien Permuta ad prōs Gnōsi Joannis Sta:
nislawski Capnēi Sydlovien ab una: & bona Sacredtia Gnōsi Joannis Gotsco=
wski Kotavū Castren Corczynen, villas nōst Oczioszki, & Kozlie ab altera
partibus. Quibus quidem bonis suprascris cum bon' villis nōst Czissow, Ko=
rzen, & Swogowle, sme, & Sd. P.r illis adiacere, contignagz esse dicuntur.
Volumus, ac Sme. & Sd. P. requirimus, ut prælatorum bonorum dislimitōn
e nomine requisit intersint, parietemqz prædictarum villarum suarum Czi:
szow, Korzen, & Swogowle, attentent, & aspiciant, eumqz partibus supra
memoratis ubi ltūc agnoscendus erit agnoscant. Pro gra nra, ottorumqz
suorum debito. Datum Vaconiæ die 21 Mensis Junii. Anno Dni. M. Dc. octavo.
Regnorum nrōrum Poloniæ XXI. Sueciæ vero XV. Ad mandatum Sacræ Re:
giæ Mtis proprium. Jacobus Zadzik. Postquam exhibitiōn Innotescenti=
arum, vel mandatorum supervius descriptorum, & deductiōn ponis eo:
rundem per vestrom supra scōi Nūtis coram nobis ex instantia Actoris
& affectōe partium factam, terminoqz & processu ltūo eidem Citto
per Actorem deducto Rndus Episcopus, & Venble Capitulum Cracovien,
itidem pro tertio, quem Smus Actor sufficienter deduxit compareū, co in loco
parietem suum à villa Czissow, bonisqz dictis Czyżow, & Oczioszki esse con:
tiguum per supra scōs Rdos Martinum Zlotnicki, & Joannem Krzy:
sowski Canonicos Cracovien agnovernt demonstrando suum fundū
villæ Czissow à parte dextra, fundum vero villæ Oczioszki à parte
sinistra eiusdem fluvii Lukawa existere, & sese eōdem fluvio protendere
Nos Commissarii audita agnitione eiusdem parietis per prælatos, pdum
Epum, & Capitulum Cracovien, nullaqz controversia inter partes de con=

Curentia

curvenția earum Sacredităturn intercedente, imò sibi agnoscente. Exeximus ibidē
in primis Scopulos duos acciales ex ista parte Fluvii Lukawa, unum ad Septentrio-
nem Villæ Gizow Sacræ Mttis Reginæ, alterum ad meridiem Villæ Oczioszeki Acto-
ris. Tertium e regione ex altera parte Fluvii ad occidentem bonis Gizow Epi-
scopi, & Capituli Cracovien servien, eosdemq; aciales scopulos approbavimus
atq; Mttis supra scto publicari, & proclamari mandavimus, prout ibidem pu-
blicati sunt. Sicq; scopulis acialibus constitutis ductus utrarumq; partiū
absolvimus, & eisdem ductibus perlustratis, ut aliquid certum invenire
possimus, Senes tam de villa eadem Sacræ Mttis Regiæ Gizow, quam
Supra scripti Actoris Villa Oczioszeki, tradendos sibi decrevimus, & eis-
dem pro iuris debito, atq; officio, satis diligenter examinatis, gravitam per-
plexitas ductuum eorundem utrarumq; partium, magis nerò a Subditis Sacræ
Regiæ Mttis apparebat. Proinde præcavendo detrimento fundi eiusdem Gizow,
Villæ Sacræ Regiæ Mttis si ductum Actoris possibiliorem Fluvio, & jure communi
priviligiato, quam ductum Citti incisionibus exstructis super arboribus per
Subditos Sacræ Regiæ Mttis demonstratis segueremur Eam modernam intra
scam inter partes meliorem fore existimavimus. Atq; ut eadem Scoredittes
intra scitos limites certos inter se habeant perpetuo decrevimus. Processimus
itaq; ab eisdem acialibus Scopulis parum ad meridiem, inter occidentem & orien-
tem per rubeta non procul ab eodem Fluvio Lukawa, & Sippati sunt ibidem
Scopuli parietales, & cruces in arboribus excisæ sunt. Postea declinavi-
mus in partem Sinistram, hoc est ad orientem inter Septentrionem, & me-
ridiem, & progressimus sursum, in sylvam densam diversarum arborum, ats
Stuchy Lasz, ibidemq; per eandem sylvam tractus granitierum eorundē
rectè procedit, modo quo supra ad orientem, & in eadem sylva rectè per mon-
tes descendendo, & ascendendo Sippantur scopuli atq; cruces multi exci-
duntur demonstrantes ab acialibus scopulis in dextram partem fundi Villæ
Oczioszeki, ad Sinistram nerò partem fundum Villæ Gizow. Tandem
pertransiendo montem Saxosum, atq; finita eadem Sylva Stuchy Lasz per-

ueniimus ad Syluam quercinam dictam Zmuvne, in quo loco montes finiuntur & progreditur tractus ex eadem Sylua Zmuvne deorsum, declinauimusq3 in partem dextram prope agros, & prata nouiter extirpata, quæ prata, & agros extirpatos ad villam Czizow Sacræ Mttis Regiæ pertinere debere, et hoc consentiente Actore in recompensam intra scrōrum assignauimus. Atq3 à loco Suprascrō Zmuvne, Simili Scopuli sippati sunt, & cruces excisæ, per Syluam tractusq3 & limites procedunt deorsum eisdem crucibus, & Scopulis. Postea transeundo per uiam peruenimus grauiter prælatas scopulis, & crucibus absoluendo ad fluuium Sosnowka, qui à Septentrione decurrit, & ad meridiem se se trahit, atq3 ibidem in littore scopulus Sippatus est. quem fluuium Sosnowka, cum utrisq3 rippis pro actore ad bona ipsius Oczioszeki pertinere quorumq3 Særeditas ipsius sese extendit, assignauimus, & decreuimus, atq3 ut à scopulo suprascrō tractus circa fluuium Sosnowka in parte Sinistra pro limite fiat, declarauimus, & constituimus nulla alia Signa ibidem non necessaria tamq3 in loco notabili facien. qua declaratione absoluta progressi sumus eodem tractu, seu limite prout idem fluuius curvit rectè ad meridiem fundq Oczioszeki, & kozlie Actoris, cum utrisq3 rippis fluuii prælati Sosnowka in dextra parte fundq uero Villæ Czizow Sacræ Regiæ Mttis in Sinistra parte demonstrando, adiudicandoq3 & assignando Actori eidem ad villam ipsius Oczioszeki, & kozlie quorumq3 Særeditas earundem villarum ips fluuium eundq Sosnowka cum utrisq3 rippis habens se se extendit liberam constructiōm aggeru, atq3 inundatiōm pro stagnis ex utraq3 parte fundi circa eundem fluuiū Sosnowka existen, in latitudinem, & longitudinem prout necessitas exigerit, sine omni contradictione. Et hoc in recompensam eius quod Actor prælatus magnam partem sui fundi cum agris, & pratis per subditos Sacræ Mttis Regiæ nouiter extirpat prout sup continetur villæ prædictæ Czizow Sacræ Mttis Regiæ adiudicari permisit. Et sic easdem grauies mōtes quo supra inter partes perficien. & continuando

priusquam p
tendit ad opp
te fluuii So
stetit allegan
re, & fundu
se protendit
nullam in pra
decurren ad
& grauies fact
tes atq3 se se
ubi stetit resp
tiōm ronibus
& probaturum
tanei Sidlouen
gotium prūs in
ad effectum ded
plicem, & uerba
& fundi Sacræ
terres domini
Certia qua pe
nullam contig
cræ Mttis Regi
expressam, Vill
cum Sosnowka q
cum Villis Oczi
tat, uerum alibi,
cum bonis Sacræ
habere, super qu
us Sieniensis Ba

priusquam pervenimus adviam quæ per eundem Fluvium transversalit
tendit ad oppidum Lagow Supra scrus Generosus Jacobus Sreniecski in Sac par:
te Fluvii Sosnowka, ubi tractus bonorum Regalium Czizow procedebat
stetit allegans Fundum Czizow Sacræ Mattis Regiæ eo in loco se termina:
re, et Fundum suum proprium ad villam Bardo pertinen: se incipere, qui
se protendit usqs ad Fluvium Czarna cum Fundo Oczioszeki, declarans se
nullam in præmissis cum Actore et Fundo ad Oczioszeki pertinen: et
decurren: ad Fluvium Czarna Controversiam habere, neqs eosdem limites
et granies factas, et ulterius eo, ut scrum est modo, assignatas, et proceden:
tes atqs sese in Fluvio Czarna terminantes impedire, verum in Sac parte
ubi stetit respectu Capnei Szidlowien: retentionem nvi fecit, eamqs reten:
tionem vonibus suis certis quas tunc deducebat, et aliis in pto se deducturum
et probaturum offerebat à nobis concedi petiit. Ex parte vero Generosi Capi:
tanei Sidlowien: retentio eadem invalida esse deducebatur. Primum quod ne:
gotium prius inceptum dislimitonis per Sacram Regiam Mattem impositum
ad effectum deducere nobis incumbit. Altera vero, quia retrusionem Sim:
plicem, et verbalem sine ullis probationibus cum avrogone sibi bonorum
et fundi Sacræ Regiæ Mattis, et reipub. possonis pacifica per præsentes
terres Domini Capitanei Sidlowien: segui, et attentare non debemus.
Pertia quæ per expeditionem prætis Commissionis elicitur attestatio Actor
nullam contiguitatem ipsum Senienski habere solum villam Czizow Sa:
cræ Mattis Regiæ, et altevam dictam Wolka in lris Sacræ Mattis Regiæ,
expressam, villam vero Bardo ipsius Senienski, non circa eundem Fluvi:
um Sosnowka quæ Szreditates Czizow, et Wolka Sacræ Mattis Regiæ
cum villis Oczioszeki et Koźlie Actoris, usqs ad Fluvium Czarna dislimi:
tat, nevum alibi, et longa distantia loci, ut pote circa Fluviolum Lupienka
cum bonis Sacræ Mattis Regiæ Czizow, et aliis eò pertinen: contiguitatem
habere, super quod Actum Commissionis vone differentiæ bonorum ipsi:
us Senienski Bardo, et Czizow Sacræ Mattis Regiæ, per eundem Senienski

expedit in unu probationis ostendebat. Potissimum uerò Jsum, & possõm fun-
di istius ab antiquissimis temporibus circa tenutarios Sidlouien exister-
gus negari non potest nobis demonstrando, & Subditos Regales Seniores, di
uine iurando comprobari se uelle offerendo. Memorato uerò Sieniensti
ad Supra scrã, præcipuè uerò Commissionem illa Bardo cum Citizow intro-
ductam rondente quod ibi nocere non potest, cum non sortita est suum effe-
ctum, eò quod in appllõne dependeat, ad omniag coram iudicio competen-
ti respondere, & probationibus parietem fundi istius, ubi retentiõm facit, pro
bare uelle se offerendo. Xos itag. Commissarii intercedente eiusmodi re-
tvusione prætati Iacobi Sieniensti, eo quod cognitio de iure super eiusmo-
di retvusiõm cum ipse uti persona in hãs Commissionis non existen, nobis
non competit cognitione super eandem retentiõm supersedimus, salua pos-
sessione fundi quem Capreus possidet, in quo retvusio facta est. Quoni-
am uerò de fundo Actoris villa Oczkoszeki, & Kozbie ad Flumen Czarna
se se extendeu, nulla differeu apparet, imò sine ulla controuersia modo quo
supra se se ad Flumen Czarna terminare dignoscitur. Deo limites, & gra-
nicies supra scrãs per nos factas, & constitutas incipien à scopulis ac-
alibus prout supra scrum est ad Flumen Sosnowka tendeu postea uerò
circa eundem Flumen Sosnowka cum rippis utrisg procedeu, atg construc-
tionem aggerum, & mundoneum pro actore modo supra scro adiudicate
usg in Flumio Czarna se se determinan, approbauimus, confirmauimus,
& ratificauimus perpetuo, prout approbamus, confirmamus, & ratifi-
camus, roborag perpetuum habere decreuimus, & decernimus, atg eas-
dem Nuntii gentli prædicto proclamari, & publicari fecimus, prout
publicatæ, & proclamatæ extiteterunt, sine gravis contradõne.
Quod uerò attinet retentiõm facti, & à nobis suscepti, appellatio
per supra scrum Capreum Sidlouien, contra eundem Iacobum Sie-
nienski uone supradictæ retrusionis est à nobis, & decreto nro ad Comentu
Regni generalem interposita protestatiog eo nomine contra ipsum facta, quam

motionem, seu appellaõm ad Comentum nos Commissarii eidem Capitaneo cum prætato Sieniensi admisimus, ac eidem motioni detulimus. Ac eisdem Soc est capneo Sidlouien, & prædicto Sieniensi ratione vetvsionis supra scriæ, terminum in eodem comentu generali assignauimus, & conservauimus, non derogando quicquam limitoñ, & graniebus supra scris modo quo supra Scriñ est factis, & proclamatis, immò easdem in pleno robore reservando. Actum, & datum, loco, & die, ut supra. Stanislaus Comes à Tarnow Castellanus Sandomivien, Capneus Busceñ, Stobniceñ. Andrzei Komiczpolski Castellan Polanczki rekq szrodq Jan Komisczowski Castellan Kospivski. Zbigneus de Brzezie Lanczkorunski Succamerarius Generalis Terræ Sandomivieñ Manuppa. Nicolaus Kowalowski Gladifer Sivadien, Sebastianus Ligeza subdapifer Sendomivien, Hieronimus Balinski de Balin Tribunus terræ Sendomivieñ manu propria. Nositags easdem Citeras in Acta Cancellariæ nræ ad Supplicationem coram nobis factam suscipere, ac inscribere mandauimus, easdem robur debitæ firmitatis habere volentes. In cuius rei fidem præsentes sigillo Regni nri communiri mandauimus. Datum Cracoviæ die nu Mensis Aprilis. Anno Dñi millimo, Sexcentimo, nono. Regnorum nrorum Polon. XXII. Suec.

Retto ruñ in Chro Ro. Lam. Gembicki.
Spi Cudmen Regni Pol. Supr. Cancellii.

INCORPORATIO ADVOCATIAE, VIELICIENSIS.

In nomine Dñi Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus iii Dei grã Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Livoniæq, necnon Suecorum, Gottorum, Vandalorumq Hæreditarius Rex. Scaimus prñtibus lris nris quorum interest Vniversis & Singulis. Quod cum Serenii Antecessores nri præcipuam semp

Ciuitatis nrã magni Salis Vielicien Sabuissent raõn, vtpote quæ in
Eodem nris Salinariis plurimum adEevat commodi, ita ut eam etiam unã
ex Sex Ciuitatibus perpetuorum Judicum Comissariorum Vltimæ instã-
tiæ priuilegiatorum esse voluerint, idem nobis quoqꝫ faciendũ existi-
mauimus Hoc præsertim iniquissimo tpẽ, quo cum multæ aliæ Ciuitates
præcipuæ, tum illa quoqꝫ ad Summam pervenit egestatem. Cum itaqꝫ
in eadem Ciuitate Wielicien ab ipsa Eundaõne Advocatia Euevit evecta,
quæ cum multis annis per diuersos insignes Divos possideretur, tandem
munificentia primum quidem Sexnii Regis Wladislai, post modum Sexnii
Sigismundi primi Aui, & Antecessoris nri desidevatissimi, eidem ipsi Ciuitati
Wielicien collata, per eosqꝫ Consensu eorundem Sermorum Regum accedente
primum quoad medietatem sub tempore memorati Regis Wladislai empta
postea verò præfati Regis Sigismundi primi tempore iuris ordine, ni reli-
qua medietate de manibus diuersorum possorum redempta Euit. Eaqꝫ po-
stea temporis successu legibus Regni sic disponentibus, ad exemendum
gnõso Joanni Sczerbic Aulico nrõ per nos concessa, per ipsumqꝫ per a-
liquot decreta nra redempta Euit. Is verò postea quam illam annis
aliquot possedisset, eo precibus civium illorum adductus est, ut de di-
mittenda eadem Advocatia certam cum eis Eecisset compositionem, per-
missetqꝫ ut idem Cives Vielicien incorporationem eius Advocatiæ, apud
nos, & Regni nri ordines impetrarent. Inde factum est, ut primum qui-
dem Nobilitas totius Palatinatus Cracovien, in comventu particulari Prose-
vien unanimi consensu & suntijs suis in mandatis dedisset: tandem verò
omnes Ordines Regni in comventu prõti guõli idipsum a nobis peterent, ut
eandem Advocam Ciuitati illi conservemus, & perpetuis temporibus incorpo-
raremus. Fecimus Eocitaqꝫ libenter tot intercessionibus Senatorum, qui-
ciorumqꝫ terrarum ad prõtem comventum congregatorum, ut primum qui-
dem contractum, seu Compositiõm per pactatos Cives Vielicien, cum memora-
to Joanne Sczerbic moderno eius Advocæ possore eo nomine Eactam ap-
probaremus, prout eam ex nunc in omnibus punctis, clausulis, & conditio-
nibus, approbamus, & confirmamus. Inserendoqꝫ constitutioni publicæ

bonagz fide prestituros promittimus Ne quogz Du
catus eius nostri rationes a rationibus Regni cuig
corpore continentur discrepent. Calendarium no
uum vt in Ducatum introducatur in Conuentu
Provincialium omni studio et opera quamprimù
curabimus idqz posthac in Ducatu seruari man-
dabimus Subsidij nomine, praeter illa quae ex pri-
stinis pactis Ducatus huius nomine debentur,
quemadmodum ijsdem condonibus Anni Millesi
mi Sexcentesimi quinti conuenit. Nos successoresq
nostri quotannis in aerarium publicum inferre
tenebimur. tenebunturgz Triginta Millia Florenor
annua Polonicalium. Triginta grossis vnum quem
que computatz Quoties vero necessitate aliqua pu
blica postulante in Regno tributum decretum
publice fuerit, totidem alia Triginta nimirum Mil
lia eiusdem valoris seu moneta ita vt cum tribu
tum Scitum fuerit Sexaginta Millia a nobis de
pendantur Quarti quidem Summarum nomi-
ne quoties numerata fuerint Regni Thesaurarig
vel ad quos pertinuerit idonei nos ministrosue
nostros liberare seu quietare tenebuntur Quem
admodù etiam conditionibus eiusdem Anni Mil
lesimi Sexcentesimi quinti statutum est quoties
necessitas postulauerit quatuor Naues ad tuēdam

oram

oram maritimam Prussiæ nostra sumptu habebimus
Quòdsi Regia Maiestas uti illis voluerit, de sumptu in
illas faciendo nobiscum tractabit. Privilegia inrag
incolarum Ducatus. Prussiæ cætera itidem pacta o-
mnia quoq; ex ijs & pristinis Jnstituris debe-
tur, omnia in suo robore, integra inviolataq; perma
nere debebunt, quemadmodum quidem nulla re, ea
infirmaturos, verum omnia sarta tectaq; conserva
turos, promittimus, spondemusq; nominatim verò ad
honores & officia publica magistratusq; & artiũ
præfecturas nullos alios quam Ducatus Prus-
siæ indigenas, secundum Privilegia Juraq; pecte
ra Ducatus Nos successoresvé nostros adhibitu-
ros, promoturosvé Tributa nova consensu Ordinũ
prius non habito, invitis repugnantibusvé nulla
etiam eis imponere poterimus aut debebimus Eorũ
etiam qui per hoc tempus ad Sacram Regiam Ma
iestatem aliqua in re confugerunt, supplicesq; libel-
los obtulerunt. securitati indemnitatiq; per omnia
cavemus, negq; eam rem vnquam apud nos succes-
sores vè nostros, aut magistratus, cuiquam frau di
damnoq; esse debere promittimus, spondemusq;.
Appellationes a Sententijs nostris, Judicijve no-
stri aulici sine vlla exceptione liberè omnibus ad
Judicium Regium erunt: Ita tamen ut non ni-
si a definitiua Sententia, aut vim definitiuã ha-
bente appelletur quæ nisi quæ appelletur Sum-
mam Quingentorum Florenorum Polonicalium
æstimationis valoris vè vsitati excedat, infra quã
appellare nulli integrum erit Simili tamen de in-
juria, quæ ei Summa de qua appellaretur cognitio fieri
possit

possit, appellare licebit. Si fide publica etiam ex
Ducalibus alicui cauendum. Sacra Regia Maie-
stas successoresue eius saluum q; conductu eribu-
endum censuerint, j secundum ius publicum a-
pud nos successoresq; nostros sacro Sanct semper
erunt & esse debebunt. Jta tamen ex parte Regiæ
Maiestatis & amplissimorum Ordinum comeniæ,
ne salui Conductus alicui hominibus vllis vel fau
noris, vel in crimine, scelereue aliquo deprehen
sis detur. Sed si quis ex sinistra aliqua delatio
ne offensionem nostram successorumq; nostrorū
incurrerit, vel aduersarij alicuius, potentia, pre-
meretur, aut aliqua alia iusta ex causa dignus
præsidio ac patrocinio Regio videretur, datumq;
eosdem iri, non a iure, sed a ui tantum & po-
tentia, vt iure nihilominus se sistere reiq; indi
catæ parere teneatur, durante itidem saluo con
ductu, modeste se gerat, nullum iniuria affi-
ciat, cum vero saluum conductum illum pu-
blice ad noticiam omnium maxime autem ma
gistratus adducat, ad exterorum etiam vt ad
sex tantum Mensium spatium detur, intra
quos & iure experiri & alia negotia sua hone
ste gerere, administrareq; qui saluum conductū
habuerit possit, spacio autem eo exacto si vlte-
rius eo opus habuerit alium impetrare. Si quan
do etiam ex Ducatu Prussiæ, ad alias ditiones no
stras extra Regnum discedere nobis contigerit
et a Ducatu abesse, necesse fuerit, gubernationē
administrationemq; eius nullis alijs quam secū
dum formam reginimis à nobis confirmatam
consilarijs

consiliarijs, regentibus, Nobilibus, indigenis & possessionatis cõmittemus Illustrissimi etiam Principis Alberti Iriderici agnati & soceri nostri carissimi, quoad in viuis extiterit ius hoc nostrum, nullo detrimento prãiudicioq; esse debebit. Interim etiam, dũ in valetudine ista permanebit, ex dignitate eius, á nobis habebãtur, omniaq; quæ tam ad alimenta necessitatemq;, quam etiam dignitatem eius pertinebunt, liberaliter illi a nobis suppeditabuntur. Designabit autem Sacra Regia Maiestas Commissarios suos, qui nos in possessionem Ducatus feudiq; eius mittant, coram quibus quidem commissarijs subditi simul Duratus eius, tam Nobiles quam Ciuitates, seu ex singulis districtibus, duo ex Nobilitate & Ciuitatibus, in eadem suprascriptas hasce cõditiones & transactiones corporale iuramentum, suo posterorumq; suorum nomine prestare, tenebunt, quod omnia ea ipsi quoq; posterig; eorum, rata grataq; habituri seruaturiq; sint, maxime autem, quod post obitum quatuor prædictorũ Principũ fratrum eorumq; legitimorum feudi hæreditas Deo permittente ita acciderit, nulli alij quã Regibus & Regno Poloniæ immediate tum parere subiectiq; esse debebunt, neq; quemquã alium nisi Reges et Regnũ Poloniæ tanquã naturale hæreditariumq; suum Dominũ agnoscere aut fidelitatem subiectionemq; præstare debent, sed in commemoratorũ Regum et Regni Poloniæ potestatem recident, sineq; vlla cunctatione tergiversationeq; eius, tam quo ad vtile et directum

dominiũ

dominiũ, quam merum itidem et mixtũ impe
rium se subijciet obedietq; veteribus tamen
iuribus Priuilegijs, libertatibusq; eorum solvis
Quæ quidem omnia et singula suprascripta tã
in genere, quã in specie nos successoresq; nostros
in omnibus eorũ punctis et clausulis diligen
tissime, sanctissimeq; adimpleturos executioni
demandaturos, obseruaturosq; neq; quidquam vel
per nos, vel quemcunq; alium contra eadem atten
taturos, facturos, aut attentari fierigq; passuros sub
fide et honore Principis, nostro successorumq; no
strorũ nomine, spondemus, promittimus, cauemusq;
In quorũ omnium fidem præsentes manu nostra
subscripsimus sigillumq; nostro communiri manda
uimus Datum Wolrschonia Decima quinta die
Mensis Nouembris Anno Domini Millesimo Sex
centesimo Vndecimo. Joannes Sigismundus Elec
tor. Mpp Nos itaq; præmissas literas Actis Can-
cellariæ nostræ maioris inseri mandauimq; vo
lentes, vt suum robur debitum semper obtineant
Actum Varsoniæ die Decima Sexta Mensis No
uembris Anno vt supra. Pallo vt supra.

Ducatus Prussiæ Ioanni Sigismudo Marchioni et Electori Brandeburgẽsi et tribus illius fratribus

Simultaneæ

Simultanee iure Feudi cō fertur

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen.
Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundꝰ III. Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Masouiæ Samogitiæ Livoniæq; nec non Sueciæ Gothorum Vandalorūq; hæreditarius Rex Significamus quibꝫ hisce quorum interest, interēritūq; huius & futuri temporis vniversis & singulis Quod cum iam ante aliquā memoriā decessore nostro Stephano Rege deinde etiam nobis ipsis cura Illris Principis D: Alberti Friderici Marchionis Brandeburgēsis in Prussia Ducis cognati nostri Charissimi in eadem ægritudine in quam permissu diuino incidit hicq; ad hoc tempus versatur Illri Principi D. Georgio Friderico Marchioni Brandeburgēsi, multis iustisq; de causis benignitateq; ac gratia nra Regia demandata collataq; fuisset, ac vō ille commemorato Illustri Principe D. Alberto Friderico in eadem invaletudine permanente decessisset nos ex Senatus Consilijq; nri sententia non minoribus causis animū nrum moueri, adductos propeq; sumā necessitudine quā cū Illrima Electorali domo Brandeburgica a maioribus nostris mutua tradita nobis fuit, eandem curam primum Illustrissimo Principi D: Joachimo Friderico Marchioni Brandeburgēsi Sacri Rom: Imperij Archicamerario & Electori

Electori in Prussia z' Duci Deinde post Illustrita-
tis eius decessum eiusdem Illustritatis filio mi-
nimum Illustrissimo Principi D: Joanni Sigismũ
do Sacri Romani Imp: itidem Archicamerario
& Electori contullisse Cum autem Illustritates
eorum ab aliquot iam Comitijs vt dubitationem
quoq; cam qua de iure simultaneæ Jnuestituræ
iuxta in Feudo Ducatus Prussiæ succedendi
exorta fuerat, simul explicaremus per suos abq;
adeò Regum quoq; & permultorum Sacri Ro-
mani Jmperij Principum legatos apud nos Or
dinesq; Regni nostri diligentissime institissent
ob superiorum autem temporum difficultates in
Comitia anni huius Millesimi Sexcentesimi Vi-
cesimi proxime hisce diebus peracta extractaq;
res fuisset tandem in ijsdem hisce Comitijs
certis conditionibus ita tota de re conuenit trans-
actum; fuit, vt re in Comentibus particula
ribus ante proposita deliberataq; tam amplis-
simi Senatus quam Nunciorum Terrestrium
ab vniuersa Nobilitate ad commemorata Comitia
missorum omniumq; Ordinum nostrorum au-
thoritate vnanimiq; consilio & consensu adhi-
bito publice per Marschalcum eius Ordinis Ge-
nerosum Joannem Swosdewskij Notarium Ter-
restrem Troplensem declarato, ac lege quoq;
tata firmato commemorato Illustrissimo Prin-
cipi D Joanni Sigismundo fratribusq; Illustri
talis eius germanis Illustribus nimirum Prin-
cipibus Joanni Georgio in Silesia Ducei Ge-

gerdorffen

Degerdorffeis Ernesto et Christiano, Wilhelmo Archi Episcopo Magdeburgeis eorundemq; omnium legitimis successoribus masculis ex lumbis eorum descendentibus, ius simultaneæ inuestituræ successionisq; in feudo Ducatus Prussiæ tribuereturq; confirmaretur q;. Quæ quidem conditiones cum peculiari decreto nostro comprehensæ sint ab Illustrissimo etiam Principe Electore peculiaribus literis manu, Sigilloq; Illustritatis eius editis, acceptæ, approbatæ, confirmatæq; sint, secundum easq; conditiones commemoratus Illustrissimus Princeps Elector, intra tempus legitimum, iuxta prorogationem in Comitijs publica Ordinum authoritate factam, sollennis iuramenti nobis Regnoq; nostro præstiti causa Varsouiam in propria persona veniret diecq; decimo Sexto Mensis huius Nouembris, publice sollenterq; in loco publico & theatro sub dio ex tempore excitato, Senatoribus Regni nostri assidentibus officialibus & aulicis nostris magnaq; frequentia Nobilitatis præsentibus, Inuestituram a nobis petijsset, iusiurandumq; præscripeis verbis solenni ritu, ac cæremonia nobis Regnoq; nostro præstitisset, nos authoritate consilio Consensuq; omnium Ordinum nostrorum, iam ante duabus Comitijs in eam rem præstito, peculiariq; constitutione declarato, pacta vetera, tum postremam hanc transactionem in omnibus & singulis conservando ijsdem causis singulariq; erga Illustritatem eius, vniuersamq; Illustrissimam domum Brandeburgicam, benevolentia nostra, qua antea adcæcedeis

Illustritati

Illustritati eius curationem et gubernationem su
praditam adduci fuimus, cum praesertim comme
morati Illustris Principis D: Alberti Friderici in
Prussia Ducis, non solum valetudo, sed aetas etiam
magis in dies ingravescat, inguè aetate hac ipsius
vitaquè caelibe, seu viduali, proles ulla mascula vix
expectanda sit, nunc quoq; non inviti faciendu
nobis pucavimus, ut Illustritatem eius ad terras,
Civitates, oppida & ares feudalis Ducatus in
Prussia investiremus, ei investimus praesenti li
terarum tenore, ea nimirum ratione ut quoad
Illustris D. Albertus Fridericus in Prussia Duc
cuius iuri nihil derogatum volumus, in ea qua
nunc est invaletudine, perseveraverit comme-
moratus Illustrissimus Princeps Elector Joan-
nes Sigismundus tanquam curator ipsius Du-
cis & gubernator Ducatus cum titulo et præ-
minentia Ducis, Ducatum ipsum teneat ijs ni
mirum conditionibus, quà veteribus pactis, decre
toq; nostro et postrema transactione diplomate
ab ipso Illustrissimo Duce subscripto, confirmata
comenerunt Quod si verò prædictus Dux in ægri
tudine decesserit, ut tunc suo iure vigore veterum
& nostrâ huius investitura prædictus Illustrissimg
Princeps Joannes Sigismundus Marchio et Elector
Ducatum in Prussia in feudum a nobis & Regno no
stro retineat Eo igitur modo Illustrissimo D: Joan
ni Sigismundo Electori et Marchioni Brandebur
gij eiusq; hæredibus masculis legitimis feudi suc
cessoribus, imperpetuum & individuum feudum
omnes Ducatus Prussiæ Terras, Civitates, Oppida
et Ares

& Arces, videlicet arcem Koniksbergh cum tribus Civitatibus, item arces & oppida Lochsteten, Wargen, Germau Pubeten, Radau, Schaken, Seimen, Sremiten Waldau, Tapiau, Taplauchen, Narheten, Insterburg, Allenburgh, Wonsorff, Gerdauen, Angenburg, Nordenburg Labiau Lauchischen, Tilset, Ragnet Rositen, Wieneberg, Memel, Brandeburg, Creutzburg Friedland, Dominau, Barten Leten Balge Heiligenbeil Cinten Lanceberg Preischelau, Barrestein, Schenstein, Schensburg, Rein, Rastenburg, Lehk Stradaunn Joansburg Holand, Libstad, Mildhausen Morigen Passenheim Ornelsburgk, Ostrode, Hohenstein, Neidenburg soldau Gilgenburg, Schippenbeil Creuzlau, Preismark, Libemil, Salfeld Risenburg Marienwerder, Tirenberk Schonberg, Zowunden Geogenburg Rosenberg, Gardensche Neihaus, Freistadt, Salau, Fischausen, Bischorwerder, Medenau, cum omnibus & singulis subditis Vasallis, feudibus, dominijs superiotatibus, libertatibus et iuribus una cum omnibus arcibus Civitatibus, foris villis mansis, curijs molendinis, molendinorum locis, censibus, vectigalibus, reditibus thelonei-is seruitijs, feudis spiritualibus, & secularibus lacubus, fluminibus, piscationibus, aguis, aguarum decursibus ferarum lustris, ferarum meatibus, venationibus, sylvis nemoribus, pascuis pratis aditibus, etiã cum omnibus metallis, quæ modo sunt seu in futuro fieri possunt, auro argenteo, cupro stanno plũbo & salinis supra et subtus terram similr una cum omnibus et singulis iuribus, eminentijs & pertinen? Vniuersis nullis penitus exceptis sicut eius modi terras

quondam

guondam Magistri Generales et Ordo habuêre et usq;
ad Ducem. in locum magistrorum creatum vsu et
fructu tenuerunt in posterum perpetuo et hæredita-
rie in commune et indiuiduum feudum tenendas,
fruendas, vendas, et possidendas. Vbi vero et Illu-
stris Albertus Fridericus nunc ager et ipse Illustris
simus Joannes Sigismundus Elector Marchiones
et Duces, in Prussia sine legitimis feudi hæredibg
masculis vel eorum hæredes post eorum obitum, si
ne legitimis masculini generis feudi hæredibus exhu-
matis concederent, dicta terra Ciuitates, Oppida et ar
ces ad commemoratos Illustres Principes Illustri
tatis eius germanos fratres, vel eorum legitimos po-
steros masculos, ex lumbis eorum descendentes,
prout quisque eorum in Electoratu sibi successerit, quod
Oratores in hac inauguratione et renouatione feudi
ex singulari nostra gratia, benignitateq; ac postrema
hac transactione ad conatum vexilli admisimus
Cita tñ vt postquam alicui ex ijs aperiretur suo Or-
dine feudum Ducatus in Prussia, ne per assecutionē
priorem Electoratus, aliqua in re præiudicaret iuribg
nostris et Regni nostri, quod habemus legitime hære
ditarium, ad terras Prussiæ deriuari et deuolui
debere. Ita vt dictæ terræ Ciuitates Oppida et arces,
vbi diuina ordinatione eiusmodi casus futuris tē-
poribus accideret de vno in alium et eorum legitimos
feudi hæredes masculos illo ipso ordine, qui superius
expressus est cedant et deuoluantur sine nostro hæ-
redumq; et Successorum nostrorum Regum et Re-
gni Poloniæ impedimento et præiudicio. Ea ratione
vt quoties se obtulerit eiusmodi casus deuolutionis

de vno

de vno in alium prædictos Marchiones & eorum legitimos feudi hæredes masculos, debebunt illi & quisq; eorum debebit nobis & successoribus nostris Regibus & Regno Polonia infra tempus debitum, ac legitimū debitam, subiectionem & feudi obligationem, ac homagium prastare, neq; prius feudum Ducatus in Prussia accipere, aut susceptum adire, a subditisue iuramentum exigere poterunt, aut debebunt, quà nobis successoribusue nostris Regibus, ac Regno Polonia, in propria persona iuramentum fidelitatis homagiumq; prastiterint. Quodsi prædicti Marchiones, diuina voluntate sic disponente, sine masculà prole feudi hærede, legitima ex lumbis eorum, Ordine suprascripto procedente decederent, tunc omnes & singulæ terræ, Ciuitates, Oppida bona, & arces suprascripta, ad nos successoresue nostros Reges & Regnū Poloniæ, sine omni impedimento & contradictione, incolarum tamen Priuilegijs & iuribus saluis de uolui debent & reddire Debebit item Illustrissimus D: Marchio Elector & Dux in Prussia, eiusq; prænominati successores, & feudi hæredes, pro hac nostra in se beneficentia, nobis, & Regno nostro, talè obsequium prastare. Quod vbi ratione concordiæ, & concessionis feudi, a quocunq; eiusdem eminentia & conditionis Principe, seu potentato impeteremur, aut successores nostri impeterentur, tenebit ipse Illustrissimus D: Marchio Elector & Dux in Prussia aut eius Solidi feudi successores, Duces in Prussia,

in propria

in propria persona, nobis & Regno nostro vbig vnà cum omnibus suis subditis pro summis viribus suis adesse. Quod si quando vicissim nos & successo-
X res nostri, Reges & Regnum Poloniæ, alia quauis ex causa, tam ab infidelibus, quà a quocunq; alio impeteremur, & ipsi in propria persona ad bellum cù subditis nostris profisceremur, aut successores nostri proficiscerentur, debebit dictus D. Marchio & Dux in Prussia & eius prænominati feudi successores Duces in Prussia nobiscù cum Centum equitibus armatis proficisci & intra limites terrarum Prussiæ nobis seruire. Quod si educere contrà terminos Prussiæ illum aut eius successores in Prussia cum ipso equitatu voluerimus aut successores nostri voluerint, debebimus & nos & successores nostri in eosdem Centum equites stipendiù tale præbere, quale alijs mercenarijs equitibus nostris dari solet vbi verò Nos, vel Successores nostri vellemus ipsù Dellar-chionem, aut eius nominatos posteros Nobis et, successoribus nostris, maiori comitatu seruire debebimus nos et successores nostri, his omnibus militibus quos vltra Centum prædictos conducere posset mox post eorum a dominibus eorum stipendiù quod nostris militibus dabitur, quam diu seruierint persoluere. Si ante plures, quam Centum prædictos equites ipse Illustrissimus D. Marchio, Elector, aut eius Successores Duces in Prussia educere non possent, non debebimus nos aut aut successores nostri ab illo, aut Successoribus eius Ducibus in Prussia plures exigere. Præter hæc ex postrema etiam hac transactione & conditionibus eius ædem D: Marchio Elector, legitimi & eius feudi successores in ærarium publicù quottannis infere tenebitur, & tenebuntur Triginta

Millia

Millia annua florenorū Polonic' triginta grossis
rnum quemq; computando quoties vero publica a-
ligua necessitate postulante in Regno publice tributū
decretum fuerit, totidem alia minirum Triginta Mil
lia eiusdem valoris, ac monetæ, ita vt cū tributum
in Regno solutum fuerit Sexaginta Millia annua
ab eis dependantur. Quarum quidem Summarum
nomine, quoties numerata fuerint Thesaurarius Re-
gni nri, vel ad quos ea res pertinuerit idonee Pdi-
ctum Illrmūm D: Marchionem Electorem Succes-
soresue eius in Prussia Duces ministrosue eorum
liberare seu quietare tenebuntur. Quoties etiam
necessitas postulauerit, quatuor naues tam Illu
strissimus Marchio Elector, quam successores illius
legitimi in Prussia Duces ad tuendam orā mari-
timam Prussiæ suo sumptu habebunt. Quod si
nos ipsi aut successores nostri vel illis voluerimus
aut voluerint de sumptu in illas faciendo cum
ijsdem tractabimus aut successores nostri tracta-
bunt constituendo. Alias etiam condōnes de qui
bus inter nos convenit, quarū peculiari scripto com-
memorati Illrmi Principis Electoris, sub ipsius hijro
grapho et sigillo continēdā debebit ipse Illustris-
simus Elector ac eius Subcōres adimplere, Praterea
nō debebit ipse Illrmus D: Marchio Elector et eius
pnominati feudi successores Duces in Prussia
quidquam ex terris Civitatibus Oppidis arcibus et
bonis pdictis vendere, verum si ad hoc illū aut
successores eius ingens urgeret necessitas tenebūt

nobis

nobis & successoribus nostris tanquam dominis suis hæreditarijs, ante omnia denunciare. Quod si nos ipsi emere non curauerimus, aut successores nri non curauerint, in hoc casu postea ipse Illustrissimus D Marchio Elector & Dux in Prussia, aut eius legitimi feudi hæredes seu successores cui voluerint vel potuerint, liberam vendendi habebunt facultatem Regalibus tamen nris feudi & obsequiorum iuribus semper saluis permanentq. Poterit autem ipse Dux in Prussia & eius feudi hæredes, vbi necessitas vrgens premeret, ex bonis feudis quantum opus foret impignorare suis duntaxat vassallis & subditis, vt eadem bona vnita & indiuisa permaneant. Quæ omnia & singula supra scripta & quæcunq. alia, quæ vassallus & feudalis Princeps erga suum naturalem hæreditarium ac superiorem Dominum præstare ac obseruare tenetur, quæq. spontanea voluntate se Regiorum spopondit, ac recepit, debebit ipse Illustrissimus D Marchio Elector & Dux in Prussia ac eius feudi hæredes legitimi successores firmiter & inuiolabiliter adimplere Nosq. vicissim illum et successores eius omni gratia & fauore Regio complecti, ac illos in iuribus & immunitatibus eorũ conseruare pro nobis & successoribus nostris Regibus & Regno Poloniæ pollicemur Iuribus nostris Regalibus directiq. ac supremi dominij & Regni nostri & incolarũ Ducatus salvis per omnia manentibus. In quor

omnĩ

Omnium fidem & testimoñ Præsentes manu nostra
subscriptas Sigillum nostrum appendi iussimus
Datum Varsoviæ ex prorogatione adhuc actum Con
ventionis Regni nostri generalis die decima sexta Mensis
Novembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Vndecimo Regnorũ Poloniæ XXIV.o Suetiæ XVIII.o
Præsentibus Rndissimo, Reverendis, Illustribus, Ma-
gnificis, Venerabilibus, ac Generosis Alberto Bara
nowskij Archiepiscopo Gneznensi Legato Nato Regni
nostri Primate, Petro Tylickij Cracoviensi, Lauren-
tio Gembickij Vladislaviensi & Pomeraniæ Regni
nostri supremo Cancellario Benedicto Woina Wilnens.
Martino Szyszkowskij Plocensi, Simone Rudnickij Warm-
iens, Georgio Zamoyskij Chelmensi, Joanne Tyszkiewicz
Camenecens, Ottone à Szyrden Vrmiens. Episcopis.
Joanne Comite ab Ostrorog Poznaniensi, Mariębur-
gensi, Garwoliensi, Stanislao Bykowskij Siradiensi Ada
mo Sandivogio a Czarnkow Czarnkowskij Leoviciens
maioris Poloniæ generali, Stanislao Zolkiewskij Lejo
viensi Exercituum nostrorũ Duce, Thoma Gostomskij
Mazoviæ Ryczywolens Stanislao Gulskij Russiæ Ba
ren Pallatinis & Capitaneis, Adamo de Zmigrod Sta-
dnickij Calisiensi, Andrea Przyjemskij Gneznensi
Michaële Leonarskij Culmensi, Stanislao Działin-
skij Elbingensi Andrea Comite a Thęczin Wysliceñ
Jacobo Gawronskij Wrtzmensi Stanislao Kurtze-
rowskij Brzechoviensi Martino Sierakowskij Ino
wlocelensi Constantino Plichta Sochacoviensi
Adamo Sierakowskij Wissogrodiensi Joanne
Podoskij Ciechanoviens Castellanis Sigismundo

á Aliron

a Mirow Miskowskij supremo Regni Cristophero Mon-
niko Dorostaiskij magni Ducatus Lithuaniæ
Marschalcis, Leone Sapiecha magni Ducatus Lithu-
Cancellario Felice Lewickij vti Drohicen Vice Cancella-
rio Regni, Stanislao Warszyckij Regni Hieronimo
Grotowicz Mag: Ducatus Lithuæ Thesaurarijs Ni-
colao Wolskij de Podhorce Marschalco Curiæ Regni
Henrico Fierlej de Dambrowicza Præposito Elbe-
Joanne Swiętoslawskij Referendarijs Regni Mar-
co Sobieskij Vexillifero, Joanne Branickij Gladifero Re-
gni, Joanne Radzivil Duce in Olika et Nieswiess
Joanne Duce de Zbaras Pirscein Capitaneo Sta-
nislao Lubienskij Gneznensi Matthia Lubienskij
Leneiciensi Hieronimo Cielieskij Poznaniensi Ja-
cobo Zadzik Vladislaviens. Præpositis Reinholdo
Heidenstein Solesio Secretarijs nostris ac Nec non
terrarum nuntijs, qui ad actum hunc remanserunt
et alijs quam plurimis ad præmissa fide dignis te-
stibus Datum per manus Rndmi D Laurentij
Gembicky Episcopi Vladislavien: et Pomeraniæ
Regni Poloniæ Cancellarij sæpe nobis dilecti Sigis-
mundus Rex Reinholdus Heidenstein S Regiæ
iestatis Secretarius

Plenipotentia Internuntio-
rum Marchionum Brande-
burgiensium ad contactum
uexilli

X Sigismundus 2ª 2ª Significamus 2ª 2ª Oblatas esse nobis
trās infrascriptas

infrascriptas Pargameneas manibus Illrium Joannis Geor-
gij Ernesti, Christiani, Wilhelmi Marchionũ Brandeburgensium, subscriptas et Sigillis eorundem pensilibus tri-
bus communitas salvas et illasas omni suspicione
careres. Supplicatum nobis ut eas Actis eisdẽ nostris
inscribi mandare dignaremur, quarum Literarum tenor
sequitur talis Nos Dei gratia Joannes Georgius Dux
Pegerdorffianus, Ernestus, Egnestris Joannitarum Or-
dinis in Marchia, Saxonia, Pomerania et Vandalia
Magister et Christianus Wilhelmus, prædictus Archi-
Episcopus Magdeburgeñ Primas in germania omnes ger-
mani fratres et Marchiones Brandeburgeñ in Prus-
sia Stetini, Pomeraniæ, Cassuborum, Vandalorũ et Crosnæ,
Carnoviæ in Silesia Duces, Burgravij Norimbergenses
et Principes Rugiæ, Universis et singulis hasce literas
nostras patentes lecturis significamus et testatũ facimus,
Intellexisse Nos iam ante ex Illustrissimo Principe Domi-
no Joanne Sigismundo Marchione Brandeburgeñ
Sacri Romani Imperij Archicamerario et Electore in
Prussia, Julicẽ, Cliviæ, Montium, Duce et Domino fra-
tre nostro germano obsevrantissimo, in eo nunc statu
communem causam nrãm Prussicam aliquot annos
in inclyto Polonie Regno agitatam divina benedictõ
versari, vt in proxo futuris Comitijs Warschaviensibus exo-
ptatam eiusdẽ determinationẽ pollicori nobis possimus
Cumque dilectio ipsius hunc Vnicum ob finem se
se in Ducatum Prussiæ conferre et in finibus indy-
ti Regni tãdiu subsistere constituerit quoad Deo
Optimo Maximo annuẽ, ad homagium solenniter
præstandum accersatur et Investitura Prussica tã-
dem hoc ne participes fiat, operæ Nos imprimis precio
facturos esse, si ipsius dilectionem, vel ipsemet, vel per
legatos nostros authoritate præditos contubaremur Quovis
nũ modo

Quoniã igitur nõ ignoramus simultaneã inuestituraã Ducatus Prussiæ non modo nobis & posteris nostris ex antiquis pactis & tabulis inuestiturarũ competere sed etiam transactione Anno Millmo Sexcentesimo Quinto Varsouiæ Mense Martio inita ius nobis quoq; aliquando, si ita sit in fatis in Ducatu Prussiæ succedendi assignatum esse, idq; etiã nobis imposterum nõ derogatum iri confidamus. Iccirco nihil quidem nunc aguẽ mallemq; quã potuisse Nos hoc tempore unà cum dilectione ipsius in Prussiã, & inde vbi opus fuerit in inclytũ Poloniæ Regnum proficisci, ac simultaneã illic inuestituraã coram vi interesse, verum cum id Nobis iam ex Sententia exequi minime liceat, ne tamen iuri nostro quicquã interea derogetur sed ut eam potius vigilantiam, quæ a nobis requiri potest adhibitam esse contestemur, visum nobis fuit re bene deliberata cõsilioq; communicato id negotij dare Illustribus & Magnificis Abrahamo Bergrabio & Baroni a Dhona Joachimo Pruchises & Joachimo Hübner vt ad Serẽmum & Potentissimum Principem ac Dominũ Dominũ Sigismundum III Poloniæ & Suitiæ Regem vt vt Dominũ consanguineum nostrum obseruantissimũ eo tempore quo Dominus Elector frater noster natu maximus Sacræ Regiæ Maiestati se sistet, homagiumq; præstabit tunc Sacram Regiam Maiestatem suã petito & impetrato aditu, nostris verbis quã obseruantissime salutent, deq; cõcedenda Nobis ex pactis simultanea inuestitura obseruantissimis precibus compellent. Damus itaq; attribuimus, ac impertimus præsentibus hisce literis nostris plenã libertatem, absolutam potentiam & facultatem commemoratis Legatis nostris simultaneã inuestituram Prussicã sollemnem et splendidã Actum

Regiæ

nostro loco praesentia sua cohonestandi Sacram Regiam Maiestatem suam & Illustrissimos Ordines de permittendo contactu Vexilli Regij in signum et testimoniũ simultaneæ inuestituræ Prussicæ & coniunctæ manus legitime firmitergꝫ pro nobis & posteritate Jurã acquisitã decore & ritè ad eundem in animas nras vbi id postulatum fuerit, simul cum Domino Electore fratre nostro iurandi Sacræ Regiæ Maiestati suæ et Illustrissimis Ordinibus hac re ex votis nostris peracta obseruãtissimas & amicissimas gratias de ista beneficentia agendi omniagꝫ & singula quæ ex Consuetudinibus feudalibus tam de Iuribus Regni Poloniæ more effagitari ab ipsis poterunt ac debebunt subeundi & perficiendi nec quicquam penitus intermittendi quod ad iuris nostri conseruationem ac stabilimentum adtusgꝫ huius publici celebrationem ac certitudinem confirmandam pertinere videbitur. Quæcunqꝫ autem nomine & loco nostro prædicti legati nostri egerint prædixerintgꝫ ea nos semper omnes & singulos rata & grata habituros ac ab eo momento, quo ad contactum Vexilli Regij in vim et euidentiam simultaneæ inuestituræ collatæ per eosdem legatos nros admissi fuerimus omnia quæ a simultanee investitis, feudarijsꝫ Principibus, & Vassallis Sacræ Regiæ Maiestatis suæ & inclyti Regni proficisci debebunt ac poterunt, prompte & cupide exercituros, pactis & Conuentis & transactionibus tam vetustis, quam recenioribus, quandocunqꝫ opus fuerit plenè & exactè satisfacturos esse spondemus & asseueramus sub fide bona honoregꝫ personarum Illustrissimarum omni dolo penitus remoto. In quorum oiũm maius & euidentius testimonium Præsentes hasce manu nostrarum subscriptionibus Sigillorumgꝫ appensionibus

communiri

communiri curauimus Dabantur Jegerdorffij Decima Sexta die Mensis Septembris Anno Millesimo Sexcentesimo Vndecimo. Joannes Georgius in confirmationē prefatæ plenipotentiæ subscripsit Ernestus in confirmationem Christianus Wilhelmus in confirmationem prefatæ plenipotentiæ subscripsit Nos itaq; prædictæ supplicationi benignè annuentes Cinsertas trās Actis nris inseri mandauimus, volentes vt robur debitæ firmitatis obtineant. Datum Warschoviæ die Decima Septima Mēsis Nouembr Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Vndecimo Regnorū ut sup Rēllās eiusdē ut sup

Ioannes Georgius Ernestus Wilhelmus Marchiones Brandeburgenß ad simultaneam inuestituram in Ducatum Prussiæ, contractūq; uexilli admittuntur

Sigismundus III Dei grā Rex Poloniæ z Significamus Tenoribus hisce huius et futuri temporis vniuersis et singulis Cum Illustrissimus Princeps Joannes Sigismundus eadem gratia Marchio Brandeburgensis Sacri Romani Imperij Archicamerarius, & Princeps Elector z z ex singulari gratia nostra conditionibusq; transactionis inter nos initæ ad Feudum Ducatus in Prussia amplissimi Senatus omnium Ordinum nostrorum Vnanimi consensu ac voluntate admissus fuisset homagium & iuramentum die Decima Sexta Mensis huius Nouembris public sub dio in theatro ex tempore excitato in persona nobis Regnoq;

nostro

nostro praestitisset simul Illustrium etiam Principum
fratrum Illustritatis eius germanorum Joannis Geor-
gij minorum Ducis in Silesia Jegerdorffensis Ernesti
Crolinis Equitum Joannitarū per Marchiam. Pome-
raniam Vandalia mq magistri, Christiani Wilhelmi
postulati Archiepiscopi Magdeburgensis oratores Ma-
gnificos nimirum et Generosos Abrahamū a Dhona
Joannem Truchses a Wetzhausen Joachimū Kiebnerū
Illustritatis ipsorum nomine se stitisse Qui secundū
mandata quae a commemoratis Illustribus Principi-
bus sibi data exhibuerunt nomine Principum suorū
ad simultaneam investituram contactumq vexilli
Principes commemoratos admitti in genua procum-
bentes supplices petijssent, et ad homagium iuramentū
ommiumq Officia et obsequia, quae vasallis Principibq
praestari deberent Principum suorū nomine se obtu-
lissent de consilio sententiaq Senatorum nostrorum
omniumq Ordinum nostrorum Unanimi consensu se
cundum commemoratam transactionem ipsiusq in
vestituras litteris ad commemoratam Simultaneam
investituram contactumq vexilli in praedictorum
Oratorum persona benigne Illustritates eorum ad
misimus Quod quo notius testatiusq omnibus esset
hasce manu nostra subscriptas Sigillogq Regni nostri
munitas edi illis mandauimus Datum Varsho-
uiae die Decima Septima Mensis Novembris Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo Regno
rum nostrorum Sigismundus Rex Reinholdus Heidenstein
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius

Nuncius S. Pontificis, circa præstitum per Electorem Brandeburgensem ratione Ducatus Prussiæ homagium de iuribus in eo Ducatu S. Pontificis et Ecclesiæ protestat.

X

Sigismundus &c. Vniuersis & singulis quorũ interest aut in futurum quomodolibet interesse potest significamus Quod cum in proxime transactis Comitijs generalibus Warschauiensibus cum ordinibus Regni nostri positis legatis Illustrissimorũ Dominorũ Marchionum Brandeburgen. declaratis et concedentis eisdem feudo in ea parte Prouinciæ nostræ Prussiæ quæ Ducatus dicitur tractaremus illudq; ipsis concedendis authoritate publica fore deceuerimus R.mus Dominus Franciscus Simonetta Comes Dei & Apostolicæ Sedis grã Episcopus Fulginaten. et in Regno nostro Nuncius Apostolicus protestationem nomine S.D.N. ne iuribus illi eiusq; Sedis Apostolicæ eo loco totaq; ipsa Prussia, à temporibus antiquissimis seruientibus per hoc in aliquo derogetur verum ijs per omnia salvis et integris semper manentibus id ipsum fieri atq; peragatur Nobis et Senatoribus nostris ac potissimum Reuerendissimo Laurentio Gembicki Episcopo Vladislauien. et Pomeraniæ Regni nostri Cancellario supremo per seipsum intimatam, etiã die hodierna cum iam in Theatrum pro Feudo eodem ipsis dando et iuramento super illo, ab uno eorum Illmo videl. Domino Joanne Sigismundo Sacri Romani Imperij

Imperij Elector tanquam moderni ibid. Ducis Valetudinarij
Illustrmi D: Alberti Friderici curatore et futuro Vasallo pro
diximus ac in solo nostro Regio ad actum huiusmodi
consedissemus; in eiusd. Illustrissimi D: Electoris ac i
psius Fratrum Nunciorum presentia in scripto presen-
tari fecit, eamq. presentatam a Nobis recipi & actis
nostris Regijs inscribi postulauit cuius tenor fuit et est
talis ut sequitur. Sacra ac Serēma Regia Maiestas Cōm.
Franciscus Simoneta Comes Dei et Apostolicæ sedis gratia
Episcopus Fulginatēs et ad Serēmam M. V. Nuncius Apo
stolicus pro certo cognouerit eandem M: V: cum omnibus
huius inclyti Regni ordinibus in proxime transactis comi
tijs generalibus constituisse atq. ordinasse Illustrissimo Do-
mino Joanni Sigismundo Marchioni Brandeburgēsi Sa
cri Romani Imperij Electori ac cribus eius fractibus, tum
et natis corū sexus masculini ius Feudi in eo tractu
Prussiæ qui ducatus communē dicitur declarandum
dandumq. et concedendum esse ipsumq. Illustrissimū
Dominum Electorem prefatum iam exnunc ad ius-
iuranū super eodē Feudo seu Homagium prestandis tanquā
moderni Illi D: Alberti valetudinarij ibid. Ducis asser-
ti Curatorem ac futurum Vasallum admittendis illudq.
ab eo recipiendis fore eapropter pro officij sui debito prospi
cere cupiens, ne per hoc iura, quæ in eisd. partibus Pus
siæ Romanus Pontifex a Domino super omnes gen
tes et Regna constitutus eiusq. S: Sedes Apostolica
vetustissima habet aliquo modo suppriman̄tur ac obli-
terent imō satagens quatenus magis ac magis eluce
scant clarorūq. reddant̄ M. V. Serēma cum debita
obseruantia requirit ab eaq. summopere petit vt nō
nisi perpensis, et examinatis prius iuribus eisdem
fideiq. et religionis Catholicæ ac libertatibus Ecclis
eiusd. proviso ac cautione et obligatione iuratoria ab

eisdem

eisdem Dominis Feudatarijs more predecessorum ibid
eorum recepta, quod iura eadem Sedis Apostolicæ ac
immunitates Ecclesiasticas defendent, et si quæ immuta
ta, aut in aliquo loca sint in suum pristinum sta-
tum restituent, restituiq; facient, ac integra per omnia
manutenebunt atq; sarta tecta conseruabunt ad actum
eundem Feudi concedendi, et iurisiurandi super eo re
cipiendi procedat ipsoq; ad eum admittat In quibus
omnibus inhærendo protestationibus in primis in co-
mitijs generalibus Lublini anno Millesimo Quin
gentesimo Sexagesimo Nono coram Serenissimo Si
gismundo Augusto per Rndum D: Vincentium Por
tium. Deinde in comitijs generalibus Varsouiensi
Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octauo
coram Ser.mo Rege Stephano per Rndum Dnum
num Vincentium Laurum Montis Regalis Epi-
scopos ac demum nonnisi in Comitijs generalibus ibi
dem Varsouiensi Anno Millesimo Quingentesimo
Octuagesimo Nono coram eademmet Ser.ma M.V. per
Rndissimum Dominum Hannibalem de Carpua Archi
episcopum Neapolitanum tunc temporis Nuncios Apo-
stolicos satis eas tenores præsentes suæ protestationi
pro expressis habere voles ac per omnia approbas
et ad notitiam S.M.V. Regiæ deducens solenniter et
omni meliori modo protestatur minime porro du
bitans S.M.V. vti Catholicæ religionis Sanctæq; Se
dis Apostolicæ ac institiæ et æquitatis obseruantis
sima in hisce oibus pro iure suo Regio munere
debito perfunctura. Nos igitur M.V. Rex iustissi-
missi æquissimis affectionibus prædicti Rndis.mi
Domini Francisci Simonetæ Episcopi Fulginatensis et
in Regno nro S.D.N. Dni Pauli diuina prouidentia

Papæ

Papæ Quinti Nuncij annuentes, protestationem illig, eius-
modi nobis intimatam acq; præsentatam suscepimus, et
admisimus, eáq; Actis nostris Regijs inscribi, indeq; dein-
ceps authentice edi mandauimus In Cuius rei fidem.
Præsentes sigillo Regni nri communiri iussimus Actum.
et Datum Warschouiæ die Sedecima Mensis Novem-
bris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Undeci-
mo Regnorũ nr sup Illãs eiusdem ut supra.

Priuilegia Montelupiis ante concessa declarantur

Sigismundus ẏ ẏ Significamus ẏ Quod cum D.
Stgismundus Augustus Rex auunculus noster dese-
ratissimus spectata Nobili Origine Sebestiani et Caro-
li Montelupiorum fratrelarisq; eorum erga se, et Rem-
publicam meritis, eos iure Nobilitatis Polonæ donas-
set et Cives Regni indigenasset, ut hæc ex ipsius Diplo
mate Petrouiæ in Comitiis Regni generali die
duodecima Mensis Junij Anno Domini Millmo Quin-
gentesimo Sexagesimo Septimo dato aduertere liret
ac Serenissimus olim Henricus Rex hoc ipsum benefici
ad Nobile Valerij Montelupi Thomæ Montelupi filiũ
et Stefani Sebestiani et Caroli nepotẽ extendisset pro
ut hoc in eius Priuilegio Cracouiæ in Comitiis Coro
nationis suæ die Decima Nona Mensis Martij Anno
Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dato
euidenter appareat Priuilegia eiusmodi nõ mo
do Serenissimus olim Stephanus Rex Warsouiæ in Co-
mitiis Regni generali die Vigesima Mensis Fe-
bruarij Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo

Quinto

Quinto sed et nos ipsi reseripto & peculiari Diploma
te Cracouiæ die Octaua Mensis Aprilis Anno Mille
simo Quingentesimo, octuagesimo Octauo comproba
uissemus. Idemq; tribus Supremi Regni nostri Tri
bunab Lublinenp decretis declaratum esset, non
nulli tamen sinistra Priuilegiorum & decretorum
interpretatione Q fato Nobili Valerio Montelupi gra
si in alienam familiam se ingereret, iusq; alieri da
tum sibi usurparet, objcerent atq; eo nomine in ius
euocarent, causaq; ea ad nos tanquam Supremu
Regiorum Priuilegiorum arbitrum a Judicio
Tribunal Regni Lublinenp remissa esset, supplí
cassetq; nobis idem Nobilis Valerius Montelupi Po
sta nostra præfectus, & seruitor ac in Gregoriewice
& Piersdorze hares, vt visis legitimeq; expensis eius
Priuilegijs Regumq; & Judicij Tribunalis Regni de
claratiónibus viam malenolorum hominum cali
mnijs authoritate nostra præcluderemus errorem q;
quo plerisq; nominis sui perplexitate decipiebantur
tollerentus Nos seria cum Senatoribus & Consili
arijs nostris deliberatione, eo negotio perpenso Pri
uilegijs D:D: decessorum nostrorum, tedis succesio
nibusq; Q fatorum Montelupiorum exploratis ac to
ta causa bene, et sufficienter cognita, Nobilem Va
lerium Montelupi Thomæ Matthæi (nam unus i
demq; duobus nominibus censebatur) Montelupi fam
buteni filium illum ipsum esse Sebestiani & Ca
roli nepotem per Serenm. olim Henricum Regem
iure Nobilitatis Polonæ donatum Nobilemq; pro
nunciatum illiq; eiusq; posteritati ius hoc indige
natus ac Nobilitatis, in Regno Polonia competere
verumq;

verùmq; illum esse ac legitimum Monelupiorũ hæredem
& successorem declaramus & pronunciamus atque eos
qui aliter de eo senserint, vel status causâ illi move-
rint Nobilitatiq; illius detraxerint pœnis ijsdẽ subesse vo-
lumus, quæ in eos qui Nobilium indigenarũ Regni Pri-
vilegia in discrimen vocare decerni solent. Quod ad
notitiam omnium & singulorũ præsertim verò magi-
stratuum nostrorum quorumuis deducentes eidem
mandamus ut præfatũ Valerium Monteliupium
iure Nobilitatis Polonæ donatum indigenamq; Re-
gni factum pro vero Nobili habeant, et eos qui aliter
de eo senserint pœnis legum coherceant. In Cuius rei
fidem præsentibus manu nostra subscriptis Sigillũ
Maiestatis nostræ appendi iussimus. Data Varsavi-
æ in Comitijs generali Regni die Decima quinta
Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Sexcento-
simo Undecimo Regnorũ nostrorum Poloniæ Vige-
simo quarto, Sueciæ verò Decimo octauo. Præsen-
tibus Reuerendis Illustribus Magnificis & Generosis Al-
berto Baranowskij Gnesnen. Legato Nato Regni no-
stri Primate, Joanne Zamoiskij Leopolien. Archiepis-
copis Petro Zyluckij Cracovien. Laurentio Gembickij Vladi-
slavien. & Pomeraniæ Regni nostri supremo Cancellario
Benedicto Woyna Vilnensi, Martino Wyskowskij Plo-
censi Simone Rudnickij Warmien. Stanislao Lu-
cinskij Premislien. Georgio Zamoiskij Chelmen. Ma-
thia Leonopolskij nominato Culmen. Christophoro
Casimirskij Leyden. Joanne Andrea Prochnickij Ca-
nonicensi Ottone Schenking Venden. Episcopis Cano-
no Duce in Ostrog Castellano Cracovien. Circasien.
Canonien. Beabcracien. Wolodimirien. Premislavien. Joan.

Ostrorog

Ostrorog Posnanien. Mariaeburgen. Georgio Minsek de
magna Koncice Sandomirien. Leopolien. Samborien.
Stanislao Bykowsky Syradien. Adamo Sandomogio ae-
lion Lanscien. maioris Posnie Generali Pisdrensi
Volpensi. Michaële Dzialinsky Inowladislavien. Gne-
vien. Stanislao Gulsky Russiae Barcen. Stanislao Kra
sinsky Plocensi, Plonen. Thoma Gostomsky Mazovie
Palatinis. Stanislao comite de Tarnow Sandomirien.
Brescen. Sochaczewsi Andrea Przyjemsky Gnesnen.
Cominen. Conalien. Adamo Sadzicky de Smigrod Ca-
lisien. Premislien. Colen. Stryen. Nicolao Sczawin
sky Lanicien. Andrea Comite de Thęczyn Visliceni
Hrodlen. Jacobo Rawa de gawrony Wislanen. Joanne Ra-
stowsky Przemyslen. Wenceslao Kiebzewsky Pizchonien.
Wschowen. Joanne Sierakowsky Inowlodislen. Przedecen.
Constantino Plichta Sochaczewien. Alberto Goriszky Siepcen.
Adamo Korzbuchy Wissegradien. Joanne Starorypin-
sky Ripinen. Castellanis. Sigismundo Myszkowsky
Starchione à Mirow supremo Regni Corcinensi Gro-
decen. Solecen. Christophoro Monnido Dorohostaisky
Magni Ducatus Lithuaniae Marschalcis. Leone Sa-
pieha Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario Feli
ce Kryszki Regni Zakrocimen. Kowlen. Gabriele
Wilna Magni Ducatus Lithuaniae Mercen. Vice-can-
cellario. Stanislao Warszicky Regni Cobrinensi
Osiecen. Hieronimo Wolowicz Magni Ducatus Lithua-
niae Thesaurario Nicolao Wolsky de Podhaice Regni
Krzepicen. Radstinen. Petro Wiesiolowsky magni Du-
catus Lithuaniae Curiae Marschalcis, Henrico Sier-
ley de Dambrowica Praeposito Plocensi Scholastico

Cracovien.

Cracovien̄s Regni, Joanne Swietostawskij Regni Custa-
dio Wrotowien̄s Abbate Lubinien̄s Erasmo Wrocensi
Magni Ducatus Lithuā Referendarijs Nicolao Dani-
lowicz Regni Chelmien̄s Czerwonogrodien̄s Joāne Fyskie
wicz Magn. Ducatus Lithuā, Lubscien̄s, Curiæ Thesaura-
rijs Andrea Bobola de Ciaskij Succamerario Regni
Dilsnien̄s, Joanne Danilowicz incisore Regni Belzensig
Cabnen̄s, Hieronimo Cielieskij Posnanien̄s Cracovien̄s
Maioris, Joanne Lenesborskij Cracovien̄si, Archidiaco-
no Warsovien̄si, Plocensi, minoris Cancellarijs,
Regentibus Stanislao Lubienskij Gnezn̄en̄s Warso-
vien̄si Jacobo Zadzik Vladislavien̄si, Custode War-
sovien̄si, Gnesnen̄s, Lemsnien̄si, Mathia Lubien-
skij Lancicien̄s Gnesnen̄s, Cracovien̄s Præpositis, Ca-
nonicis & Secretarijs nostris & alijs quā plurimis
Officialibus & amicis nostris ac Nobilibus, in eadē
Comitione Regni generali congregatis Sigismun-
dus Rex Stanislaus Lubienskij

Theloneum in villa Woisla-
wicze Gnōsi Alberti Wezik
hæreditazia instituitur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Expositum
nobis fuisse nomine Gnosi Alberti Wezik de Woi-
slawicze esse in fundo eiusdem Villæ Woislawicze
habentē maxime impeditum iter tendens ab op-
pido nro Schadek versus Civitatem nram Sira-
diensem, euntibus & præterruntibus incommodi
esse sine pontibus et aggeribus quos dictus Gnosius
Albertus Wezik nō exiguo sumptu construxerum
se obtulit, dum modo Gratione impensarū eo nomine fa

darū Thelonei

Jadaż Thelonеum aliquod ibidem a nobis illi fuer
institutum, Cuius quidem rei causa nos inxta pre-
scripeum legum constitucionum Regni Reuiso-
res infrascriptos designauerameus. Qui inrempraeż
venientes eius itineris difficultatem, sumptusq
& expensas in eiusdem reparationem necessarias
considerańż, nobis ea de re ad Quentia gnalia R.
gni comitia sententiam suam litteris reuisionis
manibus proprijs subscriptis & sigillis suis obsi-
gnatis perscripserunt, co gni sequitur de verbo ad
verbum modo. Za listem, roskazanem y zlieczo-
niem Jego krolewskiej Mści, wieczy y spowinnosci
pysędow swich podług praw Cowinich, dzien to
iest diem Octauam Octobris, na Znaczinskij ij pu-
blicowanskij Siachalistnij do Wrocławia woi Wro-
dzwnego Pana Albrichta Wężika, tegoż Ziemia Thanz
pilnie pysij patronalismij się Stotu, ij temu pyse-
iazdowij na leonicu teij wsi Wrocławia bendącze
mu, przes które Stoto przeszkodnij Pan Wężik
summem niemałem porzał te drogę statecznie
naprawować, y koniecznie niemoże teij naprawy bez
kosztu, ij summy wielkiego. Przypatrzinskij się te
dij dobrze, ij inquisitym wtej rzeczy pilną vczinij
wszij dosć czyniąc wenoszonem listowij Jego
krolewskiej Mści wiecz y powtornschij swrey, Zda się
nam, y rozumiałbysmi, abij na ta prawę teij dro
gij prawie dostatecznq, gdiż tam ludzią niest
potrzebna Cło bijło postanowiąne Przywileij
podług prawa dani, Furman albo kupiec kazdy
od wozu płacił po groszu iednym, gdiż tym go
szlinzem cilko drogi do Sieradza kazdy fur-
man iedzie, ktorą attestacyą, ręką swą własnimij

nasdemij podpisaniemij, ij pieczęćij swe przystładamij, y one oddalismi do rąk tego Pana Woiewody ktorą on tam gdzie prawo pospolite wolij na sejm powinien odniesc Działo się w Woislawicach nad tym błotem dnia Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vndecimo. Jan Rudnicki Chorąży Ziemie Sieradzkij mam propria Hieronim Lewkowicki z Krocowa Woiskij Ziemie Siemskij subscripsit Petrus Wężik Venator terre Syradiensis Nos itaq; Sigismundus Dei Gratia Electus ad postulationem Palatinatus Syradiensis caeterorumq; Prelatorum Nunciorum in Presenti Generali Regni Conventione consentientibus Regni Ordinibus, hanc ipsam Renisionem ita approbamus, confirmamus, & ratificamus Theloneumq; ita instituimus, vt ratione eiusdem thelonei duos tantum solidos a quolibet curru meribus onerato tam in eundo, quam in redeundo idem Generosus Albertus Wężik & successores eius villa Woiska nicke possessores exigant & percipiant, ac in usus suos beneplacitos convertant temporibus perpetuis. Cuius Thelonei ratione pontes et aggeres construere et reparare ei et quoties fuerit tenebitur, et eius successores tenebuntur perpetuo et in anum. Liberum autem erit omnibus qui volent vectoribus pontes hostes declinare et alio quo velint proficisci sine tamen detrimento fundi ipsi Generosi Alberti Wężik. Nobilitatem vero & eos qui iuribus Regni exemptis & solutis eius thelonei liberos, & immunes esse volumus

In Cuius

In Cuius rei fidem Presentes manu nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Warsaviæ in Conuentione Regni generali die quinta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vndecimo Regnor. nr. supra Sigismundus Rex Hieronimus Ciehiecky.

Nundinæ Oppido Prochnik concedunt.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia Nos pro Officio promouendis, & augendis Ciuitatum & Oppidorum Regni nostri incrementis & cōmodis studio cupientes rationibus Oppidi Prochnik Generosi Joannis Swietostawsky Regni nri Referendarii Leczicensis Capitanei & Nobilis Martini Proniewsky hæreditarij prospectum esse atq; Conditionem illius facere meliorem et ampliorem foro in eo annuum seu Nundinas, ad priores, quæ istic haberi solent nouas pro Festo Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ adiungendas, et instituendas esse duximus, instituimusq; & Ordinamo Tenoribus literis nostris quottannis pro Festo superius expresso peragendas & celebrandas. Quamobrē integrum, atq; liberum, esse volumus cuiuslibet status, & conditionis hominibus ad dictum Oppidum Prochnik, pro commemoratis Nundinis cum Cuiuscuis generis mercibus, ac rebus venire eas q; diuendere, res pro rebus commutare & alia Eius generis in Nundinis Oppidorum Regni nostri fieri solita negotia exercere, citra tamen Ciuitatum, & Oppidorum vicinorum Vrentes

autem

autem ad Mundinas hasce, aut inde retrorsus discedentes, ea utentur Securitate, qua omnes in patrocinium nostrum suscepti, ac salvo Conductu nostro protecti uti consueverunt nisi fortasse tales aliqui fuerint, quos leges publicæ fovere nè permittant et quibus bonorum hominum consortium meritò denegandum esset. In Cuius rei fidem Præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni nostri obsignari mandavimus Datum Varschoviæ in Conventione Regni generali die quinta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo Regnorum nostrorum Anno Sigismundus Rex Joannes Skrzetuski

Nouum Priuilegium super cerca bona Catherinæ Fridach, in locum amissi conceditur

SIgismundus &c. Significamus &c. Supplicatum nobis esse nomine Nobilis Catherinæ Fridach Nobilis olim Friderici Duecher viduæ relictæ quatus Priuilegium nobis ante annos aliquot super omnia eius et mariti defuncti bona collatum, quod casu quodam fortuitò, viris fide dignis coram nobis id attestantibus interijsse dicitur, authoritate nra Regia renouare dignaremur. Nos memores fidelium seruitiorum Olim Friderici Duecher prædecessori Nro Stephano Regi Editorum rationem habentes viduæ eius relictæ et agnatis, ipsius Priuilegium in Anno

Millesimo

Millesimo Sexcentesimo Sexto Varsoviæ in Comitijs
Regni Gnalibus Vidua Oleida, et liberis eius sexus
utriusq; a nobis concessum denuo renouandum &
approbandum esse duximus, prout quidem vigo-
re Oseniuum renouamus & approbamus decernen-
& omni omnino habere volentes, vt in oibus eius pun-
dis clausulis, articulis, conditionibus & circumstan-
tijs, quasi hic de verbo ad verbum expressu esset.
debita, perfecta, ac inuiolabilis firmitatis, robur et
efficaciam obtineat, habeatq; Itaq; ut vigore huius
